

# IOANNIS CORASII

# TOLOSATIS IVRIS CONSULTI

IN L. ADMONENDI. ff. DE IV  
REIVRANDO. FAMILIA  
RES COMMEN  
TARI.

AD INTEGERRIMOS VIROS D.

JOANNEM DAFFIS, ET ANTONIVM

A PAVLO SENATORES



L V G D V N I

APVD VINCENTIVM DE POR  
TONARIIS, DE TRIDINO.

M. D. X L V I.

# INTEGRIMIS VI


RIS DD. IOANNI DAFFIS ET

ANTONIO A PAVLO SENATORIBVS

TIO LOSANIS, IOANNES

ACORASIVS

S. P. D. 00 239



ON communis patria modò, non inita inter nos ab ineunte ætate  
amicitia, Iudices æquissimi, sed singularis vestra virtus, & erudi-  
tio me vobis deuinctum ita reddidit, vt nihil certè habeam quod  
in vestræ virtutis laudem cedere non destinauerim. Huc pertinet  
quod me vobis tantum debere scio, quantum omni vita non sum  
persoluturus. Quare nō aliud quicquam vñquam ardenter expe-  
tiui, quām vt gratum, vobis optatum, aut accommodatum aliquid  
offerre possem, quo vobis me & si nō gratissimum (hoc enim nostri calculi modus  
non patitur) at non ingratum omnino me præberem. Nam (mihi credite) nulli gra-  
uior vñquam incubuit cura amicos omnes suos demerendi. Itaq; cùm vrgentibus  
etiam doctissimis viris, scripta mea (quorum bona pars librariorū incuria, & insci-  
tia in manus hominū inemendata exierant) resumpsi sem, nouaq; lima meliora red-  
didisse: ea diligentius paulò, & commodioribus typis excuti passus sum: ad hæc  
adiunctis alijs nostris lucubrationibus, quarum portionem testificandi semper a-  
moris in vos mei causa, ad vos mitto, in clietelamq; vestram trado, vt & nomine ve-  
stro adumbrata tutius exeat in publicum. Quod si dignitati vestre, qualiacunq; hec  
nostra scripta non displicuisse intellectero, maiora certè & præstantiora moliar: quā  
do nihil esse putem, quod humanitate vestra suffragante nō ausim, dicam amplius,  
quod non possim. Interim bene valere, & me amate: nam ego, quam vobis debeo  
memoriam, benevolentiamq; perpetuò præstabo. Valentia Allobrogum xv.  
calend. Ianuar. 1545.



LAGEDANI

LIBV VINCENITVM DE LOR  
TONARIAE DE TRIBUNO

OC

# IOANNIS

CORASII TOLOSA

TIS IURIS CONSULTI

in l. Admonendi. ff. de Iure

iurand. & iuris iurandi

materiam perfaci

les Commen

tarij.

SUMMAE RERUM IN AN  
teludijs tractatarum.

- 1 Iurandum multiplex apud gentes.
- 2 Iurare per Iouem.
- 3 Ciceronis locus in Epist. explicatus.
- 4 Iurandum virorum et mulierum.
- 5 Socratis iuramentum.
- 6 Iurandum quid.
- 7 Iurandum tres habet comites.
- 8 Iurandum ex intentione differentis interpretandum.
- 9 Iurandum quadruplex.
- 10 Iurare in leges.
- 11 Iuramento fidelitatis an Imp. obstringatur.
- 12 Iurandum non est modus inducendae oblig.
- 13 Iurans Deo non parti promittit.
- 14 Iuramentum litis decisorum.
- 15 Libertas res preciosissima.
- 16 Remunerandi beneficij fauor.
- 17 Actio iure pontificio an detur ex iuramento.
- 18 Defensa opinio contra communem.
- 19 Nova opinio.
- 20 Iurans an promittat parti.
- 21 No. intellect. ad l. si quis pro eo.
- 22 Operæ quibus conueniant.
- 23 Operæ Officiales et Fabriles
- 24 No. intellect. ad l. iij. ff. de usufr. leg.
- 25 Iuramentum confirmatorium contractus.
- 26 Iuramentum addit. forum foro.
- 27 Iuramentum non sit vinculum iniquitatis.
- 28 Actus posterior an tollat primum iuratum.
- 29 Iuramentum uim habet clausule derogatorie.
- 30 Iuram. intelligatur rebus in eodem statu manentibus.
- 31 Testamentum contra primum iuratum an ualeat.
- 32 Declaratus noue §. si. l. duobus.
- 33 Iuramentum contra publicam utilitatem.
- 34 Contractus contra bonos mores an roboretur iuramento.
- 35 Alienatio fundi dotalis.
- 36 Boni mores Civiles, et Naturales.
- 37 Intellect. c. significante explicatus.
- 38 Iuramentum est personale.
- 39 Contractus carens consensu iuramento non firmatur.
- 40 Iuramentum litis decisorum triplex.
- 41 Voluntarium iurandum noue declaratum.
- 42 Iudiciale cur sic dictum.
- 43 Necessarium iurandum.
- 44 Iuramentum purgationis.
- 45 Decisum iuramento quando retractetur.
- 46 Transactio omnia perimit.
- 47 Declarata auth. novo iure.



427

VSIVR ANDVM quod,  
vt Apuleius inquit, sum-  
mi deorū honor est pro-  
prius, + varium, ac multi-  
plex apud gentes fuit: sed  
apud Romanos ex omni  
memoria, præ ceteris san-

2 Etissimum visum est, vt + iuraturus per Jo-  
uem, lapidem silicem tenens, cœlū, deosq;  
obtestans, cōceptis verbis se, ac caput suū,  
& nonnunquā stirpem, familiamq; bona,  
& fortunas quibusdā additis precationib;  
deuoueret. Eius iuris iurādi formula hæc,  
vt ex Festo didicim<sup>9</sup>, præsertī fuit. Si sc̄ies  
fallo, qui me despicit, salua vrbe arceq; bo-

Iurare p Io-  
uem.

3 nis ej̄ciat vt ego hunc lapidem. + Quibus  
verbis clarus fit & apertus locus ille Cic.  
ad Marī, in viij. Familiarū scribētis, à pau-  
cis pceptus, cuius verba hæc sunt. Deliciæ  
verò tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit, vt  
ei destinere p omneis homines liceret: is iu-  
rare cùm cōpisset vox eū defecit in illo lo-  
co. Sisc̄ies fallo. Frequens porrò fuit Ro-  
manis, per deos, & deorum numina: per q; tē  
terram, mare, & sydera iurare. Vnde Ae-  
neas ad Didonem apud Virg.

Funeris heu tibi causa fui, per sydera iuro  
Per supercos.

Sed & per alterius caput quondā iuraue-  
runt: ideo Ascanius apud eundem Virg.

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.

Quem morem hodie ad Græcos trāsmis-  
sum esse, Iuenal. Saty. vij. significat, cū ait:

nondum Græcis iurare paratis

Per caput alterius, cū furem nemo timeret.

Ciceronis lo-  
cus nubilo-  
sus declara-  
tus.

Iuramentum  
virorum et  
mulierum.

4 + Diu itē apud Roma. seruatū, vt neq; viri  
p Castorē, neq; mulieres p Herculē iuri-  
randū darēt: p Pollucē verò vtricq; iurare  
pmisū. Sæpi tamē masculi p deos, mulie-  
res p deas iurare usurparūt. Nō idē + So-  
crates: q; boni viri existimās nō esse, deos  
suorū negotiorū testes accersere, nemine  
deorū citabat: sed per canē, & anserē iura-  
re solebat. Hodie apud Christianos vsita-  
tissimus iurādi mos est, per sacrosanctum  
Christi Euāgeliū. quē Imp. in §. j. de sanct.  
episc. coll. ix. instituisse visus est.

Iurandum  
quid.

6 Quocirca Bal. in rub. huius tit. + iusiurā  
dū finiens, inquit: Iuramentū est assumptio  
nominis diuini, ad cōfirmādū iurātis fidē,  
& nomē Dei. Alibi idē Bal. in c. j. §. itē sa-  
cramēta. col. ij. de pa. iu. fir. in Feu. iusiurā  
dū nihil aliud esse dixit, quā dictū assertū,  
vel pmisū sacrē rei attestatiōe firmatū. Cō-  
sentit Host. in sum. & cōueniūt verba Cy.  
in auth. sacr. C. si aduer. vē. tradētis, iusiurā  
dū affirmationē esse, vel negationē verbis

OO 2 expres

expressam, cū vera religiōe. Quod breui scriptū reliquit Cic. in iij. Offic. dum dixit: Iusurādum affirmationē esse religiosam.

Tres comites iuramenta.

Debet t̄ autem, vt Hieron. inquit in iij. c. Hierem. Iusurādū tres habere comites, Veritatē, Judiciū, & Iustitiam. c. & si Christus. §. Iacobus quoq; de iureiu. c. animad uertendum. xxij. q. ij. Veritatem: vt quod in corde habet, clare exprimat, non ambiguē, aut fucata quadam arte verborum, vt deferentem decipiat: quod ne facile cōtin-

geret, constituit lex, t̄ iusurandum secundum deferentis mentem, non item iurātis interpretandum. c. quacunq; xxij. q. v. Ju-

diciū: vt qui iurat, animi discretionē, & recto iudicio polleat. Iustitiā: vt quod iurat, lictū sit, & honestū. c. quinta uallis. et c. tua nos. de iureiu. c. inter cætera. xxij. q. iiiij.

Iuramentum autem (nam & ea voce, mihi vti licet, post Vlp. in l. iusurandum quod ad pecunias. §. si de qualitate. ff. de iureiu. & Seneca lib. ij. de clementia) varie ab interpretibus traditum est: receptius tamen probatū, quod Bar. in l. si quis pro eo. col. ij. ff. de fideiu. & in l. vt iurisurādi, in prin. ff. de oper. liber. & in l. iusurandum quod ex conuentione. hoc tit. docuit, tres inquā species iurisurandi.

Iuramentum quadruplex.

Ego verò, cū scīā t̄ quadrupliciter iurari posse, vel ad fidei promissionē, vel ad obligationis productionem, vel ad cōtractus cōfirmationem, vel ad litis decisionē. Quadruplex etiam iusurādum esse puto: fidelitatis promissorium, obligationis introductorym, confirmatorū contractus, & litis decisiorum. Fidei promissorium illud est, quod vasalli dominis, subditis superioribus, aut administratores Reipub. vel priuatē dum curam suscipiunt rei gerendā, præstant. Iurat nanq; vasallus domino tot. tit. de forma fidelita. in Feudis. Iurant exempti Episcopi Papæ, non exempti Archiepiscopo, inferioresq; quæcunq; personæ ecclesiasticæ superioribus. c. ego N. de de iureiu. c. dilecti. de maio. & obed. Præstatur quoq; iuramentum huiusmodi, ab his qui administraturi sunt Rempublicā: vt in tit. iusurand. quod præsta. ab his qui administ. recip. col. ij.

Hunc t̄ iurandi morē, ab antiquis quondam usurpatū legimus: apud quos, nulli, sicuti Liuius testatur, licebat magistratum plus quinq; dies, nisi qui iurasset in leges, gerere, atq; ita oēs in leges iurabant, vno excepto prætore, quem iurare moris non fuit, vt Cic. Actio. in Verr. ij. significat. Po stea vsu venit, vt Pontifices, nostri Reges,

Sacerdotes, Præsides, Senatores, Iudices, ac cæteri omnes antea iurent, quād ad ea munera obeunda admittantur.

Præstatur quoque ab administratorib; priuatis, huiusmodi iuramentum. l. de creationibus. C. de episc. aud. l. fi. C. de curat.

furio. t̄ Hoc iuramento fidelitatis, summi P̄tifices obstringi dicunt Imper. c. tibi domino. lxij. dist. cle. j. de iureiu. Quod an iuste contendat Deus ipse, inquit Alber.

nouit. Alterum iusurandū est, introducto

rium obligationis, cū quis simpliciter, et

sine causa se aliquid daturū, facturū ve

iurando pollicet. t̄ Ex quo creberrimē doct. concludunt, neq; actionē, neq; obligationē vllā oriri: atq; ita vulgo dici solet, iusurandū non esse modum obligationis inducendē. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. vbi si quis pro eo fideiussor, qui se præstaturum operas iurauerat, non tenebitur. Indeq; Barto. & reliqui docent, iusurandum huiusmodi neq; ciuiliter, neq; natura liter obligare: nam si vel ciuilis, vel natura lis præcederet, obligaret utiq; fideiussor. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideius.

Quod si instes, cur non habet vim, saltem pacti nudi iuramentum, vt ex eo naturalis saltem enascatur? Respondet Bart. in 13 d. l. si quis pro eo. hoc ideo, t̄ quoniā qui iurat, non parti, sed Deo promittit. c. debitores. de iureiu. Quare pactū dici nō pōt, cūm non sit duorū consensu. l. j. ff. de pac.

14 Hæc tamen regula, qua dicimus t̄ iusurandum modum non esse obligationis inducendæ, obtinet in iuramento promissorio, nō item in litis decisorio, quod præstatur in lite, in supplementum probationis, ex quo utroque iure datur actio. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. hoc tit. l. actori. C. de reb. cred. tractat Panor. in c. cūm venissent. col. pe. de instit. Differētiae ratio hæc esse videretur, quoniam additum promissio iusurandū, causam supplere nequit, sine qua, simplex promissio effectum non habet. l. ij. §. circa. ff. de doli mali exceptio. At in iureurando, quo lis deciditur, licet iuramentum causam non suppleat, allegatum tamen à parte probat: cū iusurandum huiusmodi vim habeat probationis. l. sed & si possessori. §. final. ff. de iureuran.

In ingenuo præterea obtinet regula, nō etiam in liberto, qui si iuret, operas, aut quid aliud causa libertatis se præstaturū, obligatur. l. vt iurisurandi. ff. de oper. lib. modo incontinenti cū manumissus est, vel iuret, vel promittat. l. fina. ff. de liber. cau.

Iuramentum non est modus inducendae obligationis.

Iure canonico an iusurandum obligatur.

Litis decisiorum iuramentum actionē parit.

Communis opinio.

Libertus iurans obligatur.

Error Ias.

cav. Fuit autem hoc, singulariter in manumissoris gratiam constitutum, ut tanti in libertum beneficij, non prescinderetur remuneratio. Bal. in auth. sacramenta. C. si aduer-  
15 vend. Butrig. in c. nouit. de iud. & in c. cum contingat. de iureiu. † Quo enim, per Deum immortalem, maiore beneficio seruum do minus donare potuit, quam libertate: quae potestas est, viuendi ut velis: quamque non ab hominibus soli, verum etiam a bestiis expeti, atque omnibus rebus, ut Cic. in lege Agraria dicebat, anteponi videmus, ut non immerito Distichum illud efferatur.

O felix nimium generoso pectori digna  
Libertas, cunctis anterenda bonis.

16 Cum † igitur manumissum seruum, dominus ad antidora sibi obligauerit. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. æquum legislatori visum est, ut si non nihil liberatus, iureiurando domino promittat, efficax obligatio contrahatur: tantus est remunerationis fauor. c. quicunque. xij. q. ii.

Iure canonico an iusserandum obliget.  
17 Postremo, † sunt qui regulam nostram declarant, Ciuiili iure procedere, Pontificia lege, secus traditum existimantes. Hostie. & Ioā. And. in c. cum venissent. de inst. Bart. in d. l. si quis pro eo. col. ij. hoc enim a Canonistis, salubre accepimus consilium, ut iuramentum, quod non vergit in æternæ salutis dispendium, aut alterius damnum, seruetur c. cum contingat. de iureiu. c. quamvis. de pac. in vj. Aduiuatur, quoniam cum lex dicat seruandum esse intelligit parare actionem, & exceptionem. l. statuas. ff. de acquerer. domi. in qua sententia fuit Gloss. in c. quoties cordis oculus. j. q. vii.

Cæterum crebrior opinio, est in contrarium, ut neque ciuili, neque pontificia iure, iusserandum obligationem producat. Inno. in d. c. cum venissent. col. ij. Rom. & Ias. in l. iusserandum quod ex conuentione. hoc tis. Quæ protrita hac ratione defenditur? Quod iure ciuili expeditum est, & decisum, neque pontificia lege expressim reperiit immutatum, etiam in foro ecclesiæ est seruandum. c. j. & ij. de no. oper. nun. Nec obstat Bart. & aliorum ratio: quoniam, inquit Ias. verba canonis præcipientia iuramentum seruari, ad iudicem referuntur, quo circa neque actio, neque obligatio oritur, sed soli iudicis officium. Accurs. in l. si res obligata. ff. de leg. j. & in l. si soror. C. de collat. & in l. cum satis. §. caueant. de agricō. & censitis. lib. xj. C.

Qua in re, errat vehementer, & nugatur Ias. quandoquidem in c. cum contingat. verba non ad iudicem, sed ad partem referan-

tur: nā inquit illic supremus Pontifex: Mulières ipse seruare debent. & in c. quamvis. prolata sunt impersonaliter: ea enim haec sunt. Iuramentum omnino seruari debebit. Quibus casibus, apud omnes est in cōfesso, ius agēdi ex ijs verbis competere. Bar. in l. vnic. col. ij. ff. de condic. ex lege.

18 Tuenda † est itaque Ioh. And. Hostie. & sequacium declaratio, aduersus cōmunē, quando in iuramento nullam cōueniat esse perfidiam. c. iuramenti. xxij. q. v. Nec me mouerit, quod Saly. in rub. C. de reb. cre. ad communis defensionem inducit, quod ex quo nulla cōuentio præcessit, cum parte iusserandum temere, & indiscretè vide tur emanasse, & sic deest vnum ex comitiis iuramenti, scilicet iudicium: nam cum nemo presumatur dixisse, quod non prius mente agitauerit. l. Labeo. ff. de suppel. le. multominus iurasse, & temere Deum suū in testem vocasse, credendus erit.

Nec quemadmodū male putabat Ias. hoc iure canonico dubium est, sed clarū, & apertum d. c. cum contingat. & d. c. quamvis. Quæ omnia, vera esse volumus, quo ad consistet omnium regula, de qua disputamus: quæ dicit iusserandum, obligacionis inducendæ modum non esse.

19 Ea † etenim, ut ingenuè dicam, apud me non est sine scrupulo: neque eō facile adduci possum, ut credam ex promissione iurata, non enasci naturalē saltem obligationē. Nam si ex nuda pactione, simplici, pmissione oritur. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solu. cur non ex iurata, in qua subest maior fidei seruandæ æquitas, ex qua initium ducit naturalis obligatio: l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. attigimus nos plena manu in l. frater a fratre. ff. de condic. indeb. Cur inquam, non induceret naturalem iusserandum, quod hoc præcipuum habet, ut actum aliquo modo valere faciat, et meliori quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij.

Parum autem me mouet, quod Bart. & 20 alij tātopere efferunt, † eum qui iurat, non promittere parti, sed Deo. Hoc enim verū non est, bona eorum venia dictum sit: siqui dem, qui iurat aliiquid promittit, partiprincipaliter promittat, neque iusserādum adhucitur, nisi vt fides iam data firmet. Quod satis Bacchis illa Terentiana in Hecyra significat, dum ad Lachetem ait.

Aliud sc̄ire, qui firmare meam apud vos possem fidē. Sanctiss. quam iusserandum. Demas igit̄ iuramentū, nuda est pmissio, quæ fidē cōtrouersia, natura obligat. Adie-

Opin. cōtra  
communē de  
fensa.

Contra Ias.

Omnī opia  
nio improba  
ta.

Ratio Bart.  
& aliorum  
sublata.

Communis  
opinio.

Error Ias.

No. intellect.  
ad l. si quis  
pro eo.

ctio ergo iuramenti, quæ augēdæ obligationis causa fit, eius diminutionē operari nō debet. l. si mancipia. ff. de fund. instruc.

Dices, † si ex iureiurādo naturalis enascitur obligatio, cur non ei accedit fideiussor. d. l. si quis pro eo. in cuius intellectu, disputationis nostræ cardo versatur. Attē de igitur, & considera Iurisconsul. eo loco non dicere indistincte fideiubente pro eo qui iurauit, non teneri: sed in certo, & speciali casu loquitur, quando scilicet, quis fideiussit pro eo, qui non libertus, se præstatum operas iurauerat. Nouo itaq; & verissimo sensu is text. illustrandus est, & de clarandus, vt velit iuriurandum in homine ingenuo, & libero operas promittēre, modum non esse excitandæ obligationis, atq; ita fideiussorem intercedentem nō teneri, tacite per contrarium tradens, iuramentum quemcunq; aliud, quam operas promittentem, obligare.

Instabis, cur noluit lex ingenuū hominē, qui se præstaturū operas iurauit, obliga-

ri: † cùm hominis liberi operæ legari, locari, et in contractū deduci possint. l. iij. ff. de vsu & vsuf. le. Hoc op<sup>o</sup>, hic labor est. Itaq; scias, operarū materiā solis libertis cōuenire: vt doct. tradūt, præsertim Ias. in l. si non sorte. §. libertus. col. viij. ff. de cond. indeb. Adeò vt filius, qui pietatē, & obsequium (quæ pp̄ ad operas accedit) patri debet, non tamē operas præstat: quas ideo pater in emancipatione, de filio frustra stipula. l. pe. ff. si à paren. quis fue. ma. Necq; iureiurando obligatur filius manumissori patri, vt libertus patrono. l. nullū. ff. de obseq. à lib. pat. præst. Nō ergo filijs, aut ingenuis hominibus operæ imponi possunt, sed solis libertis. Ideo Vlp. vt iuriurandi, inqt, obligatio cōtrahatur, libertū esse oportet qui iuret, & libertatis causa iurare. l. vt iuriurādi. ff. de ope. lib. Idq; hac ratione cōstitutū opinor, ne ius libertatis infringat. l. Titio cētū. §. Titio cētū. iij. ff. de cōd. & de.

Officiales  
operae.<sup>23</sup> Hæc † autem de operis officialibus, hoc est, quæ in officio cōsistentes personale domini cōmodum respiciunt, vt adesse patrono, patronū comitari, cantu, sono, saltatiōe oblectare, & alia id genus accipiēda sunt. Nam cùm de operis, Iurisconsul. simpliciter, & indeterminate loquunt, per antomasia quandā Officiales intelligūt. d. l. vt iuriurandi. §. dabit. l. operæ enim. l. quoties certæ. l. interdū. ff. de ope. lib. Sed & in dubio qui operas simpliciter promisit, officiales, non item artificiales promisisse credendus est. Bartol. in d. l. si non sortem. §. libertus.

col. penul. ff. de condit. indeb.

24 Officiales † ergo operæ, solis cōueniūt libertis, nō etiā ingenuis hominibus: cùm Vlp. dixerit, nō cuiquā alij eas deberi posse, quām patrono. l. operæ in rerū. ff. de ope. lib. Fabriles verò, seu artificiales, hoc est in artificio ipso cōsistētes, quæ ad personale ministeriū nō spectat, sed opus dūtaxat faciēdū respiciūt, quales à sutoribus, fabris, lanificibus, & pictorib<sup>o</sup> præstant: heq; inquā operæ, nō solis libertis cōueniūt, sed à quoq; & cuicūq; deberi possunt. d. l. operæ in rerū. iij. resp. tā ex testamēto, quā ex contractu. d. l. iij. ff. de vsu & vsuf. leg. quæ ita nouē declaranda est.

Itaq; vt in viā redeamus, in l. si quis pro eo. ideo iureiurādo obligatus non fuit, qui operas se præstaturum pollicitus est, quoniam, vt illic tex. dicit, libertus nō erat, cui soli operarum officialiū impositio (de quibus eam legem intelligendam esse iam est probatū) conuenit: non item ingenuis hominibus, ne ius infringatur libertatis, pro quibus fideiussor intercedens meritō non tenet, quod lex in hominē libero, eam operarum impositionem improbet, & fideiussor in causam à lege reprobata acceptus, nō tenetur l. cùm lex. ff. de fideiussō. Nam cùm ex eo cōtractu, nulla nascatur obligatio, deficiente principali, fideiussoria cōtra hi non potuit. l. qui contra. ff. de fideiuss. Si ergo, vt d. l. si quis pro eo. in cōmētatores detorqueamus, non iurasset se præstaturū operas, sed pecuniam, aut quid aliud lege non vetitū, natura saltem obligari iurantē, aduersus alios omnes crediderim. Et ita, hunc salebrosum locum, totum repletū eroribus, habes opera nostra perpurgatū.

25 Tertia † iuriurādi species, est confirmatoriū contractus. Omnis enim, inquit Vates ille diuinus ad Hebr. vij. controversiae hominum finis, ad confirmationē est iuramentum. In hoc, quatuor iura considerare nos oportet, Pandectarū, Codicis, Authēticorū, & sacrorū canonum. Iure in primis fforum. constitutū fuit, vt si contractus invalidus erat, vel etiam validus, ratione tamen aliqua infirmari poterat, iuriurādum neq; contractū cōfirmaret, neq; obstaculū illud infirmādi submoueret. Absurdū q̄ppe Iurisconsul. visum est, ab accessorio principe robur accipere. l. iurisgentiū. §. pen. ff. de pac. l. si quis inquilinos. §. si. ff. de leg. §. Quod sanè verū erat, si act<sup>o</sup> neq; vt agebatur, neq; alio quoquis modo valere poterat, quoniā si qua ratione adiuvari, subsistere, & defendi potuisset, hæc fuit iure etiam Pande

Artificiales  
opere.

Ius Codicis.

Explicata  
nouē l. iij. ff.  
de usuf. leg.

Ius authenti  
corum.

Pontificium  
ius.

Fideiussor ac  
ceptus in cau  
sam impro  
batam.

Iuramentum  
addit forum  
foro.

Confirmato  
rium contra  
ctus.

Iuramentum  
quod sine in  
teritu salutis  
eterne.

Ius fforum.

27 Iu  
pe  
g  
tu  
q  
fe  
su  
ce  
al  
iu  
si  
ri  
ra  
se  
te

# IN L. ADMONENDI.

*Ius Codicis.*

*Ius authenti-  
corum.*

*Pontificium  
ius.*

*Iuramentum  
addit. forum  
foro.*

*Iuramentum  
quod sine in-  
teriori salutis  
eterna.*

Pandectarum, in iuramento præcipua vir-  
tus, ut actū faceret quoquomodo effectū  
habere. l. cū pater. s. fili⁹ matrē. ff. de leg. ij.

Alterū est ius Codicis, quo si cōtractui  
nullo, adīciebatur iusiurandū, nihil ex ve-  
teri iure immutatū est eadē ratione. l. non  
dubiū. C. de legib. Quòd si contractus va-  
lebat, ætatis tamē beneficio, per restitutio-  
nem in integrum infringi poterat, & rescin-  
di, impediebat iusiurandum ne effectum  
haberet restitutio. l. j. C. si aduers. vēditio.

Tertium fuit ius authenticorū, quo vir-  
tus iuramenti audacta est maiorem in mo-  
dum: eo quippe fuit constitutum, vt etiam  
si adīciatur cōtractui inualido, vt puta vē-  
ditioni rei immobilis, factæ à minore xxv.  
annis sine decreto, maiore tamen xiiij. fir-  
met contractum iuramentū. auth. sacramē-  
ta. C. si aduers. venditio.

Extremum ius est Pontificium, quod in  
vniuersum seruari præcipit iusiurandum:  
quin & ad eius obseruantiam, vt Bald. in-  
quit in d. auth. sacramenta. col. ij. qui iura-  
uit, tam per iudicem ecclesiasticum, quam  
secularē cogi potest. † Addit enim quod  
vulgō dicimus, forum foro iuramentum.  
c. fi. de for. comp. in vj. vt sic, si in cōtractu  
interueniāt laici, qui nō nisi coram iudice  
seculari conueniri possunt, de foro eccl-  
esiastico accumulatiue (vt dicunt) efficiū-  
tur: vnde, ecclesiastici iudicis forum, merē  
laicalitatis prætextu (sic ruditer & crassē  
cum doctoribus in omnium gratiā loqui  
semper placuit) declinare non poterunt.  
Bal. in l. si cū patruo. C. cōmunia vtrusq;  
iud. & in l. j. C. de oper. libert.

Confirmat deinde, hoc ius Pontificium  
cōtractū, qđ de nullo facit aliquē, quasi cū  
iuramento liceat contrahere. Certos tamē  
casus, supremi illi Pontifices exceperunt,  
quibus nec firmari contractum iureiurā-  
do, neq; iustiurandum seruandum esse vo-  
luerunt. Primus † cū sine æternæ salutis  
periculo, seruari non potest. c. cūm contin-  
gat. de iureiur. Nec enim ob hoc, iuramē-  
tum institutum fuit, vt esset vinculum ini-  
quitatis. c. inter cætera. xxij. q. iij. vbi re-  
fert August. Hubaldum quendam, impul-  
su concubinæ iurasse, se propriam matrē,  
cum fratribus de domo expulsurū, nihilq;  
almoniæ vñquam eis erogaturum: quod  
iuramentum ideo seruandū nō fuit, quod  
sine matricidij, frātricidijq; crimine serua-  
ri non potuerit. Eadē ratione, si mulier iu-  
rauit non alienare dotē, alienationi ve-  
cōsentire, nisi solenniter, & iudice authoran-  
te, si deinde alienat, iuratq; non contraue-

# ff. DE IURE IURAN.

431

nire, posterius iuramentum, neq; actū fir-  
mat, neq; seruādum est. Gloss. singul. in c.  
licet mulieres. de iureiur. in vj. Bart. in l. si  
quis pro eo. col. ij. Neq; enim seruari po-  
test sine peccato periuri. bo. tex. in c. intel-  
lecto. & in c. veniens. de iureiur.

At hic aduertendum, quoniam huic de-  
cisioni obstant permulta: in primis l. duo-  
bus. s. fi. hoc tit. qui tex. dicit: Cūm bis iura-  
28 tum est, † iuriurandi posteriorē causam,  
potiorem esse. Vrget præterea regula, qua  
passim traditum est, actum etiam non iu-  
ratum, factum contra iuramentum valere,  
licet iurans sit periurus. c. sicut ex literis. &  
c. si inter. de sponsalib. abūde Ioan. Andr.  
in c. quod semel. de regul. iur. in Mer-  
cūrial. Inde dicimus, quod si iuro non reu-  
care procuratorem, & nihilominus postea  
reuocē, valet reuocatio, tametsi mihi, vti  
periuro, iniungenda sit poenitentia. glos.  
sing. in c. fi. de procur. in vj. ad quam plu-  
ra aggregat Fely. in c. si diligenti. col. pen.  
de for. compet. Et consistit secundum sta-  
tutum, per quod primum tollitur, etiam  
iuratū, licet statuentes sint periuri. Bart. in  
in l. omnes populi. col. xj. ff. de iust. & iur.  
Ab eo præterea, qui iurauit non venire cō-  
tra testamentum, factum tametsi secundum  
defenditur, licet incurrit periuri. Glo.  
& Archidiaco. in c. vltima voluntas. xij.  
q. ij. Et receptio in canonicū, vltra num-  
rum taxatū à statuto iurato, licet canonici  
scienter recipientes sint periuri, efficax est.  
Speculat. in tit. de legat. s. nūc tractemus.  
Si actus itaq; posterior non iuratus, actū  
primum etiam iuratum tollit, multo magis  
in specie proposita, alienatio facta per mu-  
lierem iurata, debet tollere præcedens iu-  
rementum de non alienando.

Sed hoc, speciali quadā ratione est con-  
stitutum: quoniam cū primo iuramento  
de non alienando rem dotalem, concurre-  
bat dispositio iuris cōmuni similiter pro-  
hibentis alienationē rei dotalis. l. lex Iulia.  
ff. de fund. dotal. l. j. s. & cum lex. C. de rei  
vxo. actio. in terminis Ioan. Imol. in c. dile-  
cto. de præbend. Nec dissimile est quod  
dicunt Accurs. & alij in l. fi. C. de reb. alie-  
non alien. Gloss. in c. verum. de condit. ap-  
posit. Cum. Imol. Alexan. & Ias. in l. filius  
fam. s. diui. ff. de leg. j. Vbicūq; inquit, cū  
prohibitione testatoris, concurrit prohibi-  
tio legis, nō potest fieri alienatio, etiam in  
casu de iure permisso. s. sanctissimas. de  
alien. & emphiteusi. coll. ix.

Potest addi altera ratio, quia iuri alteri⁹,  
per secundū actum præiudicari nō potest.

oo 4 l. fin.

*Actus iura-  
tus an p po-  
steriore tol-  
latur.*

*Iurans nō re-  
uocare pro-  
cur.*

*Statutum iu-  
ratum.*

*Iurans nō re-  
uocare testa-  
mentum.*

*Intellect. ad  
Gloss. in c.  
licet.*

Refert an  
mulier alte-  
ri uel sibi iu-  
rauerit.

1. fin. ff. de pact. Planè mulier, quæ iurauit dotal em rem non alienare, alienationem eiusdem, etiam cum iuramento facere nequit, si nō sola, aut sibi ipsi mulier, iurauerit sed patri, aut alteri, cuius interesse poterat: ut potè dote cōstituēti, cui cùm ius priore iure iurando iam quæsitū fuerit, ei inuito, posteriore mulieris iuramento extorqueri non potuit. d. l. fin. Bald. in d. l. duobus. §. vlt. Alexā. consi. xvij. col. iij. vol. iij. Neque enim iuramentū, in præjudiciū tertij quicquam operatur. Bar. in l. Titia Seyo. §. im- perator. ff. de legat. iij.

Alcīatus tamen in l. pacta nouissima. col. iij. C. de pact. non existimat referre, an alteri præstatum sit id iuramentum, an sibi soli mulier iurauerit, quod cùm illud licitum sit, vt quòd iuri communi concordet, videatur ipsi Deo factum. ca. debitores de iure iur. Porro vt quæ obiecimus refella- mus, putauerim ipse cōtra doctores, actū gestum contra iuramentū, effectum non

29 habere: atq; ideo seruandū non esse, + propter vim iuramenti, quod clausula deroga- toriæ vim habeat. l. cùm pater. §. filius matrē. ff. de leg. iij. Bar. in l. si quis in prin- cipio testamenti in si. ff. de leg. iij. Vnde di- ci solet: Actum generalibus verbis subse- quēter factum, ad negotia prius iurata nō trahi: veluti cùm dispositio emanat, cum clausula, non obstantibus quibuscūq; con- stitutionibus. nō tamen intelligitur, remo- uere constitutionem iuratam. Glos. in c. cū non deceat de elect. in vj. idem si dicere. non obstantibus quibuscūq; pactis, & co- uentionibus. neq; enim tollitur pactū iura- tum. Glos. in cle. dudū. §. pen. de sepult. Verba autem derogatoria, sequētis actus effectum impediunt, non modo in vltimis voluntatibus. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. sed in contractibus. Accur. in l. pacta nouissima. C. de pact.

Quòd si dixeris, per primū actum habē- tem clausulam derogatoriā, tolli sequē- tem duntaxat, qui fit incontinenti, nō etiā eum qui fit ex postfacto, ad cuius sublatio- nem, simplex clausula derogatoria nō suf- ficit, sed eius verba expressim futurū tem- pus respicere debent: vt docet Bart. in d. l. pacta nouissima. Respondeo, iuramentū effectum habere eius etiam clausulæ, quæ non simpliciter cōcipitur, sed ad futurum tempus nominatim spectat, vt Curt. præ- ceptor egregiè defendit in ea. l. pacta. per d. §. filius matrem.

Nō ergo, vt è diuerticulo in viam redea- mus, tenebit procuratoris reuocatio ab eo,

Opin. cōtra  
communē de-  
fensa.

Clausule de-  
rogatorie.

Clausula de-  
rogatoria  
simplex.

facta, qui se non reuocatur iurauerat: cō- tra Gloss. in c. fi. de procur. in vj. neq; pri- mum statutum iuratum, quicquid Bart. in l. omnes populi docuerit, per sequens tolli poterit. Bal. in l. clari. C. de fideicō. id alia ratione cōfirmans. Nam statuere publ cæ est authoritatis, & dignitatis: cùm itaq; sta- tuentes periuri, atque ita infames sint. c. in fames vj. q. j. perdiderunt hanc potestatē. l. iudices de dignit. lib. xij. C. eadem quoq; ratione, non valebit receptio in canonicū, facta contra statutū iuratum: nam ex quo recipientes in periurium inciderunt, infa- mes sunt. Superstitiosum autem mihi vi- detur, quod docet Panor. post Ioā. And. in c. dilecto. col. iij. de præbend. recipien- tes non incurere infamiam, ante receptio- nem: siquidem negari non possit, quin eo momento quo recipiunt, periurū incur- rant: quare rectè dicemus recipientes per- iuros esse.

Hæc autem vera intelligo, nisi iusta cau- sa subesset veniendi contra iuramentū, vt quia in posteriore casu excrevissent facul- tates, nam tunc liceret, vltra taxatū iuramēto numerū recipere. c. cum M. de constit. quia cum tot, in ecclesia ponēdi sint, quot possunt congruē sustentari. c. j. de institu- tio. c. j. de stat. regular. in vj. adductis facul- tatib, vt etiā cultus diuinus augeatur, nu- merus quoq; augeri debet. Nam & in sta- tuto decreto numero, etiam per Papā cō- firmato, tacita cōdīcio intelligitur, nisi red- ditus excrescant. d. c. cū. vbi Panor. & alijs. fa. §. j. in authē. vt determinatus sit nume- clericō. coll. j. Quo adductus Angel. illic scriptum reliquit, quòd si quis fundat, & dotet ecclesiā, adiecta lege, ne sit in ea cle- ricorum numerus, præter à se præsinitum, auctis tamē ecclesiæ redditibus, augendus quoq; erit numerus clericorum.

Ergo si iusta causa subsit, contra primū actum etiam iuratum venire licebit. l. si ho- 30 minem. ff. mandat, + cùm & in iuramento clausula intelligatur, rebus in eodē statu manentibus. Accurs. in l. quod Seruius. ff. de condic. causa dat. vnde qui iurauit non reuocare procuratorem, si tamen capita- les iniurias intercedant, aut alia iusta su- spicionis causa subsit, reuocari poterit: si- cut & post litem contestatam, dicimus resū qui procuratorem dedit, mutare eum, aut in se litem transferre, inuito procuratore non posse, nisi affinitate aliqua aduersario iungatur, aut alio modo suspectus sit pro- curator. l. post litem. cum vj. sequen. ff. de procurat.

Ex causa po-  
test ueniri cō-  
tra iuramen-  
tum.

Testamētum 31  
per  
iuratū an  
val  
per sequens  
tollatur.

Periuri sunt  
infames.

Intellect. l. 32  
duobus. §. fi.

Clausula rea-  
bus in eodem  
statu manen-  
tibus.

Iuramentū 33  
contra publi-  
cam utilita-  
tem.

Quod

## IN L. ADMONENDI.

## ff. DE IURE IURANDI.

433

Testamētum  
iuratū an  
per sequens  
tolatār.

Quod tamen, ad secundū testamentum pertinet, † an factū contra primum iuratū valeat, plusculū certe habet dubitationis: propterea quōd Hermogenia. dixerit, neminem eam legem sibi posse imponere, à qua non liceat recedere. l. si quis in principio. ff. de leg. ij. Et quoniam, libertatē de supremis iudicij constringere non possumus. l. si fratres. §. idē respondit. in j. ff. pro soc. Et quia ambulatoria est defuncti voluntas, vñq; ad extremū vitæ exitum. l. iiiij. ff. de adimen. leg. c. cùm Marthæ. de celebrat. miss. Et quoniam testamēti factio, est publici juris. l. ij. ff. de testa. ius autem publicū, pactis priuatorum lædi nō potest. l. ius publicū. ff. de pact. Deniq; quia secundum testamentum tollit primum, etiā per principem confirmatum. l. omnium. C. de testa. Quibus rationib; freti puri legist; dicerēt posterius testamentū valere, quōd iuramentum contra leges præstītū, nullius sit momenti. l. non dubium. C. de legib;. Attamen Pontificio iure, secundum Deum, & in foro ecclesiæ, verius est primum iuratū non tolli, nec potuisse mutari propter vim iuramenti. Specul. in. §. compendiosè. col. xvij. in tit. de instrumēt. editio. cùm omne iusiurandū seruandum sit, quod seruari potest sine interitu salutis æternæ. c. si verò. de iure iur. c. cùm dilectus. quod met. caus. intelligo nisi emerget quidp;iam de nouo, de quo testator, tempore testamenti non cogitasset. d. l. si hominē. & in specie Rayn. de Pēnaforti quē refert Archid. in d. c. vltimavolūtas. xij. q. ij.

Intellect. l. 32 Dixerit aliquis, † si verum est quod defendimus, actum gestū contra iuramentū non subsistere, cur iuris. Paul. docuit, cū bis iuratū est, posteriorem causam iuriurādi potiorem haberi. d. l. duobus. §. fi. ff. de iure iur. Sed accipe: loquif; tex. ille in iuramento litis decisio, delato à parte, parti, quod à diuersis personis, ab actore, puta & à reo præstītū est, tunc enim vltimo statut: reus enim, qui deferente actore primo iurauit, deferendo actori exinde iusiurandū, iuri ex primo iuramento quæsito renuntiatur videtur: nos loquimur quando ab eadē persona, pluries iuratū est, tuncq; dicimus standū primo, modò illud licitū sit, & honestum, alioqui secūdo staretur. c. tua nos. de iure iurand.

Iuramentum 33 Alter casus, † quo Pontificio iure neq; firmatur contractus iure iurando, neq; seruandū est iuramentum, est cùm principaliter contra publicam vtilitatem iuratū est, vt cū clericus, pacto etiam iurato, sibi cō-

stituit iudicem laicum: cùm enim inductū sit in priuilegium totius ordinis clericalis, ne clerici secularia subeant iudicia, priuata pactione huic iuri publico derogari non potest, nec iusiurandū licet seruari potest, quod contra canonica statuta, illicitis pactionibus informatur. c. si diligent. de fo. compe. Inde præterea dicimus, quōd cùm ea quæ iuncta sunt, & affixa adib; prohibeantur vendi, vel legari publicæ vtilitatis gratia, vt Auiola & Pansa coss. senatus censuit, ne publicus deformeſ; aspetus. l. senatus. ff. de contrah. empt. l. cætra. ff. de leg. j. l. ij. C. de ædific. priuat. legatum, aut venditionem huiusmodi non firmabit iuramentum. Bart. in alleg. l. si quis

34 pro eo. col. ij. ff. de fideiſ. † Adiçiens, quōd cùm publicæ vtilitatis gratia, instantiam triennio durare sit cōstitutū. l. proprandū. C. de iud. pactum quo instātia hēc prorogaretur, non firmatur iuramento: neq; enim tempus triennij, partū consensu prorogari potest. Accurs. in l. ij. §. sed si iudex. ff. de iud.

Similiter, contractus prohibitus ob defectū solēnitatis probatoriar; non firmatur iuramento, cùm sit inducta ob publicam vtilitatem solēnitas, cui partis priuatorum non derogatur. d. l. ius publicū. Sic si prohibeatur, ob defectū formæ, veluti in stipulatione, in qua pro forma, verba vtrinq; necessaria sunt, vnde altero tacente nō valet stipulatio. l. j. §. qui præfens. ff. de verb. ob. non ergo firmabitur iuramento, cùm eam formā lex, in gratiam publicam induxerit, vt qui verè tantū consentit obligetur, non etiam qui ostentationis gratia aut aliter animo se non obligandi. l. obligationū substantia. §. fi. ff. de actio. & oblig. quare, nō roborabitur iuramento, cū essentia ipsius rei deficiat, forma deficiente. l. Julianus. §. sed si quis rem. ff. ad exhib.

Hic porro casus non obtinet, cùm non principaliter, sed secūdario (vt vocant) actus effet contra publicam vtilitatem, qui tūc, lege saltem pontificia, ex iure iurando robur sumit. Bar. in l. Seyus & Augerius.

ff. ad l. Fal. † veluti cùm lex fundi dotalis, alienationē prohibet. l. Julian. ff. de fund. dotal. l. vnic. §. et cū lex Iulia. C. de rei vxo. actio. authen. siue à me. C. ad Vellej. Hoc enim, præcipue in mulieris fauorem inducitū est, deinde in gratiā Reipublicæ, cuius interest mulieres dotatas esse. l. ij. ff. solut. matrimo. Itaq; alienatio huiusmodi iuramento cōfirmabitur. c. cùm contingat. de iure iur. c. licet. eod. titu. in vj. Sic in pacto de

Affixa adi-  
bus uendi nō  
possunt.

Instantia du-  
rat triennio.

Solēnitas pa-  
batoria &  
formæ publi-  
cæ utilia.

Publicè utile  
secundario.

Alienatio  
fundī dota-  
lis.

Pactū ne suc  
cedatur.

de non succedendo, dicimus quod in pri-  
uatorum gratiam reprobatur, quia modi-  
co contenti præsentis, facile futuræ hæredi-  
tati renuntiantur. l. cū ij, in princ. ff. de trans-  
actio. non autem quod sit contra bonos  
mores, aut publicam utilitatem principali-  
ter, merito iurandum illud firmat. cap.  
quamvis. de pact. in vj.

Hinc in vniuersum tradi potest, quod-  
cunq; pactum, principaliter priuata lædēs  
utilitatem, iuramento firmari: ideo prohi-  
bitus in fauorem debitoris contractus, iu-  
reiuando roborabitur. authē. sacramenta  
puberū. C. si aduers. vēditio. veluti etiā in-  
tercessio mulieris. Bar. in d. l. si q̄s pro eo.  
per d. c. cū contingat.

Cōtrabonos  
mores.

Tertius casus est. Cūm † cōtractus à le-  
ge reprobāt, quia cōtra bonos mores: tūc  
enim neq; firmatur iuramēto contractus,  
neque iuramentum iure etiam pontificio  
seruandum est, cūm non sit obligatorium  
contra bonos mores iuramentum. c. non  
est. de regulis iur. in vj. Ratio, quia lex, hu-  
iusmodi subnixa est æquitate naturali, quę  
indispensabilis est, & incommutabilis, per  
iurantē maximē, qui est persona priuata. c.  
j. v. distin. c. quae cōtra mores. viij. distinct.  
Panor. in d. c. cū contingat. col. ij. Vnde pa-  
ctū de succedēdo, & aliud quodeūq; quo  
libera testādi facultas tollitur, cūm sit con-  
tra bonos mores. l. stipulatio hoc modo  
concepta. ff. de ver. obl. l. si. C. de pact. non  
firmatur iuramēto. Sic & in pacto, quo im-  
pedit libertas matrimonij. l. Titia, in prin.  
ff. de verb. obl. c. gemina de spons. Sic &  
in pacto, quo quis promittit, se filium im-  
merentem exhæredaturū. c. Quintauallis.  
de iurelur, & in quacūq; turpi conuentio-  
ne. l. generaliter. & l. si plagi. ff. de ver. ob.  
Quocirca, huc melius spectat, quod de  
Hubaldo ex Augustino paulò antē retu-  
limus. c. inter cetera. xxij. q. iiiij.

Cōtrabonos  
mores ciui-  
les.

Intellect. c. si  
gnificante.

Planè de morib; naturalibus, quae di-  
ximus, sunt accipienda: nā si improbetur  
actus à lege, quia contra bonos mores ci-  
uiles, firmabitur nihilominus iuramento.  
Omnis quippē lex, super bonis morib; ciui-  
libus, & æquitate ciuili fundata est. ca.  
consuetudo. j. distin. quae variabilis est. ca.  
non debet. de consang. et affinit. ideoq; nō  
impedit vim iuramenti, vt in pacto l. com-  
misoria, & quod in pignoribus improba-  
tur, quia contra bonos mores: at si iuriū  
dum interpositum sit, seruandum est, imo  
secundū aliquos firmat pactū. c. signifi-  
cate. de pignorib. Qui text. hoc non aperit,  
nisi dicamus in eo textu, infidelitatē nūtij,

& impossibilitatem excusare à iuramēto,  
quo casu videtur iuramēto firmari pactū,  
alioquin si ea sola non excusaret, sed qua-  
litatem pacti à lege improbat diceremus,  
contrarium potius probaretur. Petr. An-  
chara. & Butr. post Fred. de Sen. consilio  
cxxv. & cxl. sexē tenent, pactum iuramē-  
to firmari. Contra verò Innocen. Panor.  
Imol. & Barbat. negant confirmari, &  
duntaxat seruandum esse dicunt, cūm sine  
peccato iurantis obseruati possit, quorum  
opinio multo probatior est.

Hinc cognoscē fructum, nam cūm non  
firmetur, mox cūm seruauit debitor iusiur-  
andum, poterit repetere per cōdictionem  
sine causa. c. debitores. de iureiuran. Pote-  
rit item hæres iurantis contrauenire, & cū  
iuriūdum sit personale, quare nō trās-  
eat in successorem. c. veritatis de iureiuran.  
Quod si firmaretur contractus iuramēto,  
non posset contrauenire per se, aut succes-  
sorem. Barto. in d. l. si quis pro eo. Panor.  
in d. c. cū contingat. col. v.

Quartus casus. Cūm redūdat iuramēto  
in alterius detrimentum. c. ij. in si. de pact.  
in vj. vnde cūm vir aut mulier quae transi-  
uit ad secundas nuptias, non possit plus  
donare, aut alio titulo relinquere coniugi,  
quam vni ex filijs prioris matrimonij, cui  
minus reliquit. l. hac edictali. C. de secūd.  
nup. si vir confiteatur, iuretq; se à secunda  
vxore mille recepisse, vt in effectu plus ha-  
beat, & consequatur vxor, quam ex lege  
accipere possit, hoc iuriūdum neque  
firmat confessionem, neq; seruandum est,  
quoniam in præiudicium filiorum primi  
matrimonij refertur. Barto. in l. cūm quis  
decedens. s. Titia. ff. de leg. ij.

Extremus casus est. † Quādo cōtractū  
careat consensu, qui etiam iure pontificio  
iureiuando nō confirmatur, nec iurātem  
obligat iuriūdū. Accurs. in l. emptione.  
C. plus valer. quod agit. Nec tenetur pete-  
re qui iurauit absolutionem, cūm careat  
anima & spiritu contractus, qui cōsensum  
non habet. Bal. in l. ij. C. de oper. liber. Ias.  
in s. fuerat. col. xxij. de actio. Cūm itaq; de-  
ficiat consensus in contractu simulato, iu-  
ramentum nihil prorsus operatur. l. si. C.  
de non numer. pecunia.

Vltima species iuramenti, † est litis de-  
cisorium: quod triplex est, Volūtarium, Iu-  
diciale, & Necessarium. Voluntariū illud  
est, quod defertur à parte, parti extra iu-  
diciū: ideo sic dictum, quod voluntariē,  
& pro arbitrio suscipiatur, & recusetur. l.  
iuriūdum quod ex conuētione. hoc tit.  
Qui

Pactum l. cō  
missorie.

Iuramentum  
in alterius de  
trimentum.

Contractus  
carens con-  
sensu.

Iuramentum  
in supplemē  
tum & in de-  
fectum.

No. interpre 4.1 Q  
tatio iuramē  
ti voluntarij.

Judiciale. 4.2 I

Necessarium. 4.3 N

Iuramentum  
in supplemē  
tum & in de-  
fectum.

Iuramentum 4.4 in  
purgationis. nō p

No. interpre<sup>tatio iuramēti voluntarij.</sup> 41 Qui tamen textus, aliter mihi declarare videtur iuramentum voluntarium, quām doctores faciant, vt scilicet origine voluntarium dicatur, at necessarium ex conuentione, quōd sic inter partes, extra iudicium conuentum fuerit, vt vnius iuramento restora decideretur: id autem referri non posse, in hæc verba Iulius Paul. rescribit: Ius iurandum, quod ex conuentione, extra iudicium defertur, referri non potest. Falsum igitur est, quod scriptores tradūt, voluntarium liberè referri, & recusari posse: cūm enim illud sit super quo partes conuenerant, vt alterius iuramento staretur, non poterit is, qui ex conuentione iurare debet, alteri referre, ne temere, quod sua voce dilucide protestatus est, in eundem casum insirmet. l. generaliter. C. de non numerat. pecun.

Iudiciale. 42 Iudiciale t̄ est, quod à parte, parti in iudicio defertur: in quo, turpitudinis manifesta est, nolle iurare, nec ius iurandum referre. l. ius iurandum & ad pecunias. s. ait prætor. & l. manifestæ. hoc tit. Quod Bar. & cæteri, eo loco intelligent, si iudex iuri iurandi delationem approbando, parti, cui delatum est, præcepere, vt iure: nam à sola parte delatum, etiam in iudicio recusari potest. l. generaliter. s. sed iuramento. C. de rebus cred. Panormi. in c. fin. col. iiij. de iure iur. Id q̄ præsensisse, mihi visus est Accurs. tam in l. in bonæ fidei. quām in l. delata. C. illo tit. Dicitur autem mea sententia, ideo iudiciale, quod à parte, parti in iudicio, & iudice approbante deferatur: nam nisi iudex approbet, voluntarium est vt docuimus.

Necessarium. 43 Necessarium est, t̄ quod inopia probationum, à iudice parti defertur: ideo sic dictum, quōd imponat necessitatem, neque enim recusari, absq̄ iustissima causa potest. d. l. generaliter. s. finautem. & alleg. c. si. de iure iur. Potest item dici necessarium respectu causæ, quia in defectum, & subsidium probationis, necessariò defertur: rursus respectu iudicis, qui illud deferre obstringitur. l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & infra loco idoneo dicemus.

Hic obseruabis diligenter, aliud esse in supplementū, aliud in defectū probationis deferri: defertur namq̄ in supplementum actori, qui semiplenè tantum probauit: in defectum autem reo, ad excludendā præsumptionem, subortam ex imperfecta probatione actoris. Bal. in d. l. in bonæ fidei.

Iuramentum 44 in princip. t̄ Vt quia actor, intentionē suā nō probauit, habet tamen aliquā præsum-

ptionē pro se, ad quā purgādā, admittitur probatio per iuramentū rei. l. præsentī. s. sicuti. C. de ijs qui ad eccles. cōfug. auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui malē iudic. ideoq̄ Castrē. hic, & alij in locis cōmuni- bus, hoc iuramētū purgationis appellant.

Ad euidētiā postremō nostræ legis, illud 45 generale præmitto: t̄ Negotiū iure iurādo decisum, detecto etiā periurio nō retractari. l. j. C. de reb. credit. dato q̄ppe iure iurādo, non aliud querit quām an iuratū sit. l. non erit. s. dato. hoc tit. l. post rem. ff. de re iudicat. Huius traditionis, duplex est ratio: prima, quia iure iurando transactū videtur. l. ij. hoc tit. ideo in periurū, ne quidem de dolo actio datur, pœna periurij sufficiente. l. quod si deferente. & l. nam sufficit. ff. de dol. transactio autem, per repertas postea probationes, nō rescinditur. 46 l. sub prætextu. C. de trāfact. t̄ quādoquidem transactione, probationes omnes, & iura partium extinguātur. c. j. de trāfactio. Altera ratio, & melior, quia iure iurādo lis finita est: omnis quippe controversia, finis est iuramentum. l. j. hoc tit. c. et si Christus. de iure iur. Gloss. in c. vnic. de litis cōtesta. in vj. post litem autem finitam, probationes non admittuntur.

Planè ab hac regula, quæ perpetua non est, plures casus excipiuntur, quos dissipatos, & sparsim à doctoribus traditos, ordinatissimè hoc loco congerere placuit. Primus, est in causa vltimæ voluntatis, quæ falsò iure iurando decisā, detecto periurio retractatur. l. fina. C. de rebus creditis. vbi si quis, hærede deferente, legatum sibi reliquit iurauerit, ideoq̄ ei solutum sit, postea autem testamento apparente, nihil reliquit esse fiat manifestum, legatum ab eo repetitur, nullūq̄ ex huiusmodi periurio, lucrū ei accedit: cuius l. ex Accur. Pet. & aliorū sententia, ea est ratio, quoniā, vt diximus, ius iurandū species est trāfactionis. d. l. ij. sicut ergo de ijs cōtraversijs, quæ ex testamēto proficisciuntur, trāsigi nō potest, nisi inspectis, cognitisq̄ verbis testamēti. l. de ijs. ff. de trāfact. l. j. ff. quemad. testa. aper. ita nec ius iurandū deferri. Habet autem locum, ea. l. fina. in omni iuramento, necessario, voluntario, & iudiciale, vt omnes hic & illic censuerunt: quo Odooffr. & quorundam opinio refellitur, qui secundum legem illam hanc intelligebant.

47 Alter t̄ casus, est in iuramēto, non à partibus, sed à lege delato. auth. nouo iure. s. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. s. si quis autem litigantiū. vt litigant. iur. in exord.

Iuramēto de cīsum quādo retractatur.

Vltimæ no- luntatis fa- uor. Intellect l. fi. C. de rebus cred.

Iuramentum à lege dela- tum.

lit. coll. ix. Huius casus, ego alias ratione esse dicebam, quia quando lex desert ius iurandum, non ex partium consensu, sed potius nolente, & inuita parte desertur: quare, quemadmodum iuramentum necessarium, propter deficientem consensum, detecto per iurio retractatur, ut hoc textu, ita & à lege delatum. Huc pertinere dicebā, quod tradit Gloss. sing. in ca. statutum. §. sed & in duobus de rescrip. in vi. iuramentum à lege delatum, intelligi semper necessarium, & subsidiariū, hoc est in opia probationum delatum.

Iuramentum confirmatorium.

Tertius casus, est si ius iurandum, nō ad litis decisionem, sed ad contractus confirmationem interpositū est: veluti cùm pactiones, aut transactiones, ex instrumentis falsis initæ sunt, in eisq; iuramentum inter positum, quod falso reuelato retractatur. I. si ex falsis. C. de transact. prompta ratione, quia cùm principalis contractus, non subsistat, necq; quod accessorium est constitit. I. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. Accurs. in I. si patronus. §. patronū. ff. si quid in fraud. patro.

Vltimus casus, est in iuramento necessario, quod per instrumenta nouè reperta retractatur, ut hac lege: ad cuius interpretationem, tempestiuum est ut accedamus.

S V M M A E R E R V M Q V A E  
in literæ expositione  
traduntur.

- 1 Caij Longini uita.
- 2 Nero infensus Caſio.
- 3 Caſij mors.
- 4 Species l.
- 5 Ratio dubit. & decid.
- 6 Sententia ex non ueris probationibus retractatur.
- 7 Sententia lata ex aspectu.
- 8 Sententia lata ex consilio sapientis.
- 9 Ias. magis mutus quam pīscis.
- 10 Factum iudicis, quando factum partis.
- 11 Intellect. Castellionei.
- 12 Exigere quid sit.
- 13 Noua declaratio.
- 14 Pandectæ, an Codice antiquiores.
- 15 No. intellect. ad l. nostram.
- 16 Stellionatus crimen.
- 17 Interdum dictio.
- 18 No. ratio textus.
- 19 Constitutiones de quibus hic, an extent.
- 20 Relata dispositio, si non reperiatur.
- 21 Declarata authen. si quis in aliquo.
- 22 Restitutio in integ. an sit hic necessaria.
- 23 Enodata l. diuus. ff. de re iud.
- 24 Restitutio intra quod tempus petenda.
- 25 Abstinenti beneficium.
- 26 Sententia an ex causa uera sustineatur.
- 27 Instru. & quanta fides eis adhibeatur.

- 28 Opinio contra communem defensa.
- 29 Attestationibus publicatis, quando testes recipiantur.
- 30 Subornationis timor.
- 31 Noua lsf. sententia expugnat.
- 32 Substantialis ordo iudicij.
- 33 Transactio an per noua retractetur.
- 34 Transactionis uirtus.
- 35 Nouè explicata l. sub prætextu.
- 36 Arbitratoris laudatuum
- 37 Probatio ultra assertionem, necessaria.
- 38 Intellectus c. pastoralis.
- 39 Communis opinio defensa.
- 40 Riparij opinio explosa.
- 41 Deierans iterum non iurat.
- 42 Noua sententia.
- 43 Mulieri neganti se cognitam, an stetur.
- 44 Instrumentis nouis duntaxat utendum.
- 45 Dilationes sunt communes.
- 46 Antiqua cum nouis, an iungi possint.
- 47 Noua consideratio.
- 48 Taxatiæ natura.
- 49 Videtur uerbi, natura.
- 50 Iudex an cogatur deferre iuramentum.
- 51 Causæ graues, & leues.
- 52 Iuramentum in graibus quandoq; desertur.
- 53 Plenè, semiplene, & nihil probare.
- 54 Terminus præfixus instantie.
- 55 Fulgos, opinio probata.
- 56 Improbata communis sententia.
- 57 Probationem an iudex rejicere possit.
- 58 Conscientia duplex.
- 59 Nescientia, & ignorantia.
- 60 Scire quis dicitur.
- 61 Medicis scientia.
- 62 Dubitatio.
- 63 Sufficio, Opinio, Credulitas.

CAIVS LIB. XXX. AD EDI-  
ctum prouinc.

- 1 INC patet, † Caiū Cassiū Longinum, ex filia Tuberonis natū, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij legis nostræ authorem fuisse. Is, & consul fuit cum Quartino, tēporibus Tiberij, plurimumq; in ciuitate authoritatis habuit, à Nerone tamen in Sardiniam expulsus, à Vespasiano postea reuocatus, diem suum obiit. I. ij. ad fin. ff. de orig. iur.
- 2 † Planè huic Nero, cùm infensus esset, criminis obiectauit, quod is Cassius inter iminges maiorū, C. Cassij interfectoris Iulij Caesaris, coluisse ita inscriptā: Duci Partiū. Quasi p; hoc, semina bellī ciuilis meditaretur. Itaq; senatus cōsulto exilio missus, in Sardiniam deportatus est, vt est apud Cornel. Tacitum libr. v. & xvij. post princip. Sueton. † tamen in vita Neronis, eum lumenibus orbatum, inter eos ponit, qui à Nerone morte sustinerūt. Tranquilli verbæ hæc sunt. Nullus posthac adhibit' delectus, aut modus interimendi quoscunq; libuis

Nero cur  
Caio infen-  
sus.

Caius à Ne-  
rone occisus

Species l. no 4  
stre.

Ratio dubit. 5  
cie  
iud

buisse, quacunq; de causa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orphito obiectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum, ciuitatibus ad stationem locasset Cassio Longino Iurisconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassij percussoris Cæsaris imagines retinuisset.

CONTEXTVS L. AD-  
MONENDI.

**A**dmonendi sumus, interdum etiam post iusiurandum exactum, permitti constitutionibus principi, ex integro causam agere: Si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quibus nunc solis vsurus sit. Sed haec constitutiones videntur tunc locum habere, cum a iudice aliquis absolutus fuerit. Solent enim saepè iudices in dubijs causis, exacto iureiurando, secundum eum iudicare qui iurauerit. Quod si alias inter ipsos iureiurando transactum sit negotium, non conceditur eandem causam retractare.

Species l. no 4  
stre.

DMONENDI) + Species facti ex cōmuni sententia hæc esse potuit. De cem à te ex mutuo petebam, quæ mihi deberi negasti, dataq; mihi ad probandum dilatione, uno forasse parum probatae fidei teste mutuum probavi, aut argumentis pluribus, quæ tamen ad condemnationem non sufficiebant: noluit autem iudex, probitati meæ non multum fidens, iusiurandum in supplementū probationis mihi deferre, sed tibi homini forsitan integræ, & inculpatæ virtæ iuramentum in probationis defectum detulit, tandemq; te nihil debere iurasti, atq; ita iudicis sententia absolutus es, necq; prouocau: cum autem præteritum esset appellandi tempus, instrumentum mutui reperi, quo clare debitum anteā controuersum liquebat, idcirco latam absolucionem retractare volebam. Quæsitum est apud Castrum Cassium Longinum, qui legum peritia ceteris praeminuisse dicitur possem. Et respondit me posse ex integro causam agere, si tamen solis instrumentis noue repertis ut velim: quod ita interpretandum est, si iuramento necessario, ut effinximus, negotium decisum sit, nam si voluntario, aut judiciali, eandem causam retractare non conceditur.

Ratio dubit. 5 Dubitationem faciebat, + quia sub specie instrumentorum noue repertorum, res iudicatas restaurari lex non patitur. l. im-

peratores. ff. de re iudica. l. sub specie. C. illo titu. etiam in criminalibus. l. diuifra-  
tres. ff. de pœnis. quo casu, si de innocentia damnati ad mortem appareat, principi scribendum est. l. j. s. fin. ff. de quæstionib. Huc pertinet pronuntiatum illud elegans Vlpiani l. non erit. s. dato. hoc titu. Dato, inquit, iureiurando, nō aliud querit quām an iuratum sit, remissa quæstione an debeat, quasi satis probatū sit iureiurando.

Decisionis ratio, & quidem potentior, non in deierantis odio fundata est, quemadmodum Accursius & alij quidam male putauerunt, alioqui idem in sententia lata prætextu iuramenti voluntarij, vel iudicia lis dicendum esset: + sed quia, vt dicit Roman. & alij creberrime præsentiente etiam Barto. probant, sententia prætextu iuramenti necessarij lata, ferri dicitur ex probationibus priuilegiatis, hoc est ex proprio partis testimonio, & iuramento, contra regulam quæ dicto alicuius in causa propria credi non vult. l. nullus. ff. de testibus. l. omnibus. C. illo titu. Ideoq; non transit in rem iudicatam, sed quandocumq; nouis probationibus superuenientibus retractatur. l. si hi qui adulterij. C. ad legem Iuliam de adulter. Innocent. in c. tua nos. de cohabitatione clericor. & mulierum.

7 + Vnde sententia lata ex aspectu, quia nō fertur ex ordinarijs, & veris probationibus, errore detecto semper retractatur. l. minor xxv. annis adito. ff. de minoribus. c. significantibus. de purgatio. canonica. c. fraternitatis. vbi Butrigar. de frigidis & maleficiatis. + Eadem ratione, sententia lata secundum consilium sapientis, sapientioribus rectius consulentibus reuocatur. Butrigar. in c. proposuisti. de probationi. Roman. consil. ccxxvij. in fine. Quod ultimum tamen Curtio præceptor non placet: cum tunc sapiens ex forma statuti loco iudicis succedat.

Aduertendum porro ad hanc communem rationem, cui plurimum obstat, quod ex ea idem in sententia prætextu iuramenti voluntarij, aut iudicialis concludendum videatur, cum & tunc qui iurat sibi iudex, pars, & testis inueniatur. l. fin. C. de fidei commis. Et si cum Iaso. dicas tunc secus constitutum alia ratione, quod imputandum sit ei, qui sua sponte detulit iuramentum. l. si fideiussor. s. si necessaria. ff. qui satisfidare cogantur. Aliud fortius vrget, nā hac ratione attenta, deberet sententia per instrumenta quæcunq; etiam non noue respecta retractari.

Ratio deci-  
dendi.Sententia la-  
ta ex aspectuSententia la-  
ta secundum  
consilium sa-  
pientis.Cōtra ratio-  
nem commu-  
nem.

Attonitus 9  
Ias.

Hoc argumēto † consternatus Ias. tam in lectura, quām in repetitione infelissimē obmutuit. Tu dic per instrumenta de novo reperta, sententiam prætextu iuramenti necessarij latam retractari, quoniam iurauit non sua sponte, sed ex necessitate, & de periurio eius qui ex necessitate iurat, non facile quāri solet. l. fina. ff. de in item iurando.

Ratio differ-  
rentiae inter  
iuramenta.Factum iudi-  
cis factū par-  
tis.Obligatio-  
nes ex male-  
ficio.Intellectus  
Christoph.  
Castellionei.

Porrò differentiae ratio inter iuramentum necessarium, & voluntarium, aut iudiciale, ex prædictis satis liquet: iusurandum nanc̄ voluntarium, & iudiciale consensum habent partis, at iusurandum necessarium non consentiente, sed inuita parte defert à iudice inopia probationis: proinde hoc facilius, illud difficilius retractatur. † Neq; dixeris factum iudicis censi factum partis. l. si ob causam. C. de euict. nam hoc verum, quando pars absens est, non etiā si præsens: præterea cùm absens est, non videtur verè facere pars, quod facit iudex, sed quadam legis fictione.

Aduuantur hæc ex eo quod Bart. & alij scriptum reliquerunt in l. si tibi decem milia. §. quædam. ff. de pact. qui curiosè in uestigantes cur actiones ex maleficio descendentes velutifurti, & iniuriarum, ipso iure simplici pacto tollantur: eam esse tandem rationem dicunt, quoniam consenserant, at reliquæ quia mutuo partium consensu adnituntur, non tam facile tolli possunt.

His breuiter enucleatum habes cōmu-  
munem sensum, † qui tamen non placuit Christoph. Castellio. longè aliter existimāti, hoc loco scilicet Caium non eam, quam doctores putant differentiam constituere, nihilq; diuinatiū dici posse, quām quod illi censem in si. huius legis sententiam latā super iuramento voluntario, vel iudiciali: cùm de sententia ne verbum quidem vñt in textu. Existimat itaq; Iurisconsultū hoc loco velle, vt si post iuramentū, quodcūq; illud sit, siue necessarium, siue voluntariū, siue iudiciale, sequatur sententia, instrumen-  
tis nouē repertis, sententia retractet. Quod si inter ipsas partes iureiurādo transactum sit negotium, neq; sequuta sit iudicis sententia, eandem causam non concedi retractare. Congruit autem hic sensus verbis, nam initio legis sententiam sequoram iusurandum, vel ex verbis illis: Cūm à iude. & ex vers. Solent. satis liquet. At in fine, nullam fuisse latam sententiam ex eo constat, cùm dicit inter partes transactum negotium: non ergo admixta erat persona

iudicis. Præterea cùm de sententia verbū nullum, sententiaq; facti sit, & facta non præsumantur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. non, nisi impudentissimē diuinare velimus, sententiam in fine huius l. possumus subaudire.

Docet autem idem Christoph. differen-  
tiae rationē. Ideo, inquit, sententia lata præ-  
textu cuiuscunq; iuramenti, per instrumen-  
ta nouē reperta retractatur, quia tunc sen-  
tentia super probatione falsa fundata est:  
constat autem sententiam latam per falsas  
probationes quandocunq; reuocari. l. j. ij.  
& iij. C. si ex fals. instrument. Et hæ sunt,  
subdit ille, constitutiones principum, qua-  
rum meminit hic Caius, quasq; inquit il-  
le, nos non habere Accurs. & alij falsō tra-  
diderunt. At cùm post iuramentum nulla  
fertur sententia, secus: præterea dicimus  
quod dato iureiurando nihil aliud quāra-  
tur quām an iuratum sit. l. non erit. §. dato.  
hoc titulo.

Hic est intellectus Castellionei, quem omnes vno ore improbant: nam quod de iuramento duntaxat necessario principiū legis nostræ loquatur, evidenter probari dicunt ex verbo exacto, † cùm exigere sit ab inuito extorquere. l. fideicomissa. §. si rem. ff. de leg. iij. & solum iusurandum ne cessarium inuita parte exigatur. Quæ ra-  
tio, vt mea fert sententia leuis est: nam stri-  
ctam hanc verbi exigere significationem, in multis iuris partibus non attendi mani-  
festissimum est. Accurs. in l. j. in fin. C. de Carbo. edic. Sed & in hac potissimum ma-  
teria. l. quoties. §. fina. ff. de noxalib. actio.  
vbi Iurisconsultus actorem dicit à reo exe-  
gisse iusurandum, quod reus poterat re-  
cusare.

Huic præterea sensui Doctores oppo-  
nunt rationem, cui responderi posse ne-  
gant. Cùm enim colligent fortius duo vin-  
cula quām vnum, authen. itaq;. C. commu-  
nia de succession. difficilis deberet posse  
retractari iuramentum quod pro se senten-  
tiam habet, quām solum iuramentum. Co-  
gitabā † tamen si defendendo Christoph.  
retundi posset hæc ratio in hunc modum.  
Ex quo post iuramentū disceditur ad sen-  
tentiam, iam negotium non iureiurando,  
sed re iudicata decisum intelligit, quæ hoc  
propriū habet, vt lata ex probationibus fal-  
sis retractetur. d. l. iij. C. si ex fals. instrumē.  
Fuit autem ea l. iij. in causa, vt Castellio-  
neus à Iasone, & posterioribus rideretur,  
dum eam esse de constitutionibus, qua-  
rum meminit hic Caius dicebat: cū d. l. iij.  
multo

Ratio diffe-  
rentie secun-  
dum Castel-  
lionem.Defensus ad  
huc Christo  
pho.Exigere uer-  
bum.Contra com-  
munem.15  
MS. intellec-  
tua. nostrā.Ratio noui  
sensus.Nouā cōfid.  
pro Christo  
pho.16 de  
ste

## IN L. ADMONENDI.

multo post tempore scripta fuerit quam hec à Caio promulgata. Sed nec alia ratione, inquit, potest hī tex. intelligi de constitutionibus illis, quas Christoph. comminiscitur; cūm eae non desiderent instrumenta nouē reperta esse, & hec lex ex veterum constitutione illud maximē exigat.

Verū arma adhuc pro Christoph. sumentes, nec hoc nos mouet: cūm enim Caius de constitutionibus principum loquatur, Imp. cōstitutiones proculdubio intellexit. l. i. ff. de constit. princip. ¶ Nec cūm vulgo existimandum est Digestorum liberos Iustiniano Codice antiquiores, cūm hæc omnia à Triboniano Iustiniani iussu collecta sunt, & in eum qui extat ordinem redacta. l. i. vers. postea verò. C. de veteri iure enuclean. quare potuit constitutionū Codicis hic meminisse Tribonianus, cui si quid visum est in iurisconsultorū legibus vel imperfectum, vel minus idoneum addendū fuit atq; diminuendi potestas. d. l. i. ff. tanta. Deniq; vt omnia tollamus, iurisconsultorum quoq; constitutionibus, sententiam latam ex falsis probationibus retractari traditum est. l. diuus. ff. de re iudic. l. qui agnitis. ff. de exceptione. Et ita ut cuncti defendi potest Castellionei sensus aduersus communem.

15 No. intellect. adl. nostrā.  
Ratio noui sensus.

Cæterū ¶ ego neutrum probauerim, sed nouo sensu, dicerem intelligendum cū communī principiū de iuramento dūtaxat necessario loqui, quod index propriè dicitur exigere, non etiam iudiciale, aut voluntarium, quod pars parti defert: Ultima verò verba cōtra cōmunē de voluntario origine, sed necessario ex cōuētione: quia puta inter partes conuentum erat ut iuramento rei negotium decideretur, quo modo in anteludijs hanc speciem iuramenti præter altos explicuimus. Ergo si quis, inquit Caius, post iusurandum exactum noua instrumenta inueniisse se dicat, quibus iurātem deierasse detegitur, retractabitur sententia. Necq; vulgari illa doctorum ratione moueor, quod ex probatiōibus priuilegiatis lata sit, sed quia dolus obtinetis sententiam, hoc est falsum iurantis interuenit, quo casu ne dolus doloso patrocineatur, veteribus etiam legibus, instrumentis nouē repertis constat querelam rei admittendam, atq; ita negotium ex integrō agendum. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. Accurs. & cæteri in l. imperatores. ff. de re iudic. Innoc. pulchrè in c. grauis. extra, de deposit. ¶ Nam & qui dolosè obtinuit, stellionatus criminē propter suam callidi-

## ff. DE IVREIVRAN.

439

tatem plectitur. l. si fideiussor. §. si omnibus. ff. mandat. quod ihs obijci potest, qui dolo quid fecerunt. l. ihs. ff. de criminē stellionatus.

Nec tumultuetur quispiam quod doli præsumptio excludēda sit. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. l. merito. ff. pro soc. nam cūm iusurandum nō nisi in facto proprio deferatur. l. Marcellus. §. fin. ff. rer. amota. nō potest informatus de facto proprio, salsum sine dolo iurare.

Quod si alias inter ipsos (dicit Caius) iurando transactum sit negotiū, vt quia intellige conuentū est ut iuramento vnius, rei puta decideretur, isq; iurauerit, non retractabitur, ppṭera, vt opinor, quod tūc qui detulit dolum pati non dicatur: volenti quippe dolus non infertur. l. cūm donationis. C. de transact. & ita transactum intelligatur. Transactio autem prætextu instrumentorum nouē repertorum, etiam si mala fides, aut dolus præterquam in subtrahendo aut occultando instrumenta interueniat, non rescinditur. l. sub prætextū. quam illic aduersus Fulgos. ita declarant Franc. Aret. & præceptor Cur. C. de transactio. Qua in re non admodum dissentio à Castellioneo, qui nullā in fine textus intercessisse sententia, & acutē & verē affirmat: præter tamē eū, & contra, aduersusq; communem, de iuramento voluntario origine, necessario tamen ex partium conuentione finalia verba Cañ accipienda tam verum arbitror, quam quod verissimum, atq; ita nihil in hac lege decidi de iure iurando iudiciali: quod & apertissimē ex verbis illis: Quod si inter ipsos &c. liquet, que omnes iudiciorum solennitates excludunt.

17 INTER D V M) Significat ¶ regulā in contrarium. l. seruitutes. §. stillicidii. ff. de seruit. vrb. l. interdum. ff. de condic. indeb. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. l. si. ff. vt in posses. leg. & vbiq; Accur. Regula autem contraria duplex est. Prima: Sententia quæ in rem transit iudicata, instrumentis nouē repertis non retractat. l. imperatores. ff. de re iud. l. sub specie. C. illo tit. Sed ea obtinet, inquit, nisi ex probationibus priuilegiatis lata sit. l. si hi qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adulter. Innoc. in c. tua nos. de cohabit. clericor. & mulier. ¶ Nos aliam rationē attulimus, quia cūm falso iuratum est, sententia sequuta dicitur dolo obtinentis, quo casu detecto dolo causa ex integrō agi potest. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iud. Accurs. & reliqui in d. l. imperatores.

Intellect. uer  
si. fina.

Dictio inter  
dum.

Declaratus  
§. dato.

Altera regula. Dato iure iurando, nihil aliud quæritur quam an iuratum sit. I. non erit §. dato. I. nam & postea. §. j. hoc tit. Cæterum ea in iuramento à parte, parti delato obtinet, quod cum vtriusq; partis consensu suffultum sit, difficulter dissoluitur. Diuersum in necessario, quod inuita parte defertur, vniusq; duntaxat habet consensum: nō tam facile autem tollitur actus qui duorum adnititur consensu, vt quivnius. I. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. I. iuncta I. j. vbi Accurs. Bartol. & cæteri. C. de pact.

19 CONSTITUTIONIBVS) Extat t̄ heæ constitutiones, vt docet Castellioneus, & nos paulò ante probauimus: Accurs. ta-

20 mē, & reliqui eas nō extare dicūt. t̄ Quā obrem hinc probari putant dispositionē, aliam quę non reperitur referentem, ob id non vitiari. Vnde valet exemptionis, aut cuiuscunq; alterius priuilegij à principe facta confirmatio, tametsi de priuilegio non constet. Glos. in c. si Romanorum. xix. distinc. Et solutio collectæ intra decem dies, indicta à prioribus ciuitatis sub pœna quadrupli, vt in statuto continetur valet, licet statutum illud non reperiatur. Bart. & cæteri hic. Et quando in uno instrumento fit mentio alterius instrumenti, non est necesse de primo constare, modo secundū principaliter disponat. I. si donatio. vbi Bal. C. de donat. Et si iudex Titium condemnet ad soluendum quotannis decē saccos frumenti, vt eius maiores soluere consueverunt, si non constat à maioribus factam solutionē, tenetur nihilominus Titius. Bart. in I. eum qui. §. Julianus. per illum tex. ff. de consti. pecu.

Porrò hæc, & similia ita Saly. Roma. & posteriores interpretantur, si dispositio ad quam relatio fit, plenē, & integrè referatur ab habente potestatem disponendi de novo: vt hic Caius qui legis condendæ potestatem habebat legem retulit. Sic in d. §. Julianus. qui referebat se priore scriptura obligatum, potestatem habebat se obligandi. Sic in d. I. si donatio. Sic in c. abbatte sancti Syluani. de verborum significat.

21 Indeçp; vides, t̄ cum ijs quæ diximus nihil pugnare auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. qua traditum videmus instrumentum de alio mentionem faciens nihil probare, si de relato non constet: nam notarius fabricator instrumenti, non habebat alium obligandi potestatem.

Præterea, vt diximus, est integrè dispositio referenda, alioqui propter incertitu-

dinem non staretur referēti sed vitiaretur dispositio. I. si quis fundum. ff. de contra-hen. emptione. I. in testamento. ff. de conditionib. & demonstrationib. C. cum dilecta. & c. penulti. de confirmatio. vti. vel in utili. Ideo quod defendimus valere priuilegiorum confirmationem, tametsi priuilegia originaliter non appareant, verum est, sed ita tamen accipiendo, si in confirmatione narrata est prior concessio, securus si simpliciter facta sit confirmatio, non inserto tenore priuilegij. Speculator in titu. de instrumento. editio. §. nunc autem vindendum. Panormit. in c. inter dilectos. colum. vj. de fide instrumen. Et executor Pa-pæ non potest sententiam exequi, cuius tenor in bulla insertus non est, licet eius sim pliciter facta sit mentio, nisi instrumentum sententiae proferatur. Ludouic. Roma. cōsil. cccxxxvij. Et si summus Pontifex mandat delegatis, vt procedant secundum tenorem priorum literarum quæ non apparent, non poterunt procedere. Glos. in c. j. de fide instrumen.

EX integro) Suboritur hic scrupulus 22 non parvus, t̄ an ipso iure, an vero per restitucionem in integrum ad primam actionem actor reuertatur. Guillel. à Cug. celebris doctor Tolosanus, cuius sententiam Ang. Roma. Ias. & Riparius probant, existimauit ipso iure actorē ad actionem primam redditum: cum præsertim in tex. de restitutiōne ne verbum quidē vnum. Quare ager actor contra quem lata est sententia actione prima, cui si exceptio rei iudicatae opponatur, de instrumentis nouē repertis, et ita de dolo iure replicabit. I. cum à te. ff. de dolo. Quod si necessaria esset restitutio in integrum, nihil specialitatis hæc lex contineret, quandoquidē certum sit, quācunq; sententiam ob instrumenta nouē reperta restitucionis in integrum beneficio retractari. Inno. in c. vltra tertiam. de testi. Bart. in I. j. C. de senten. aduers. fisc. lat. retract. ex generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur. I. j. §. fin. ff. ex quibus causis maior. Vnde & lata sententia prætextu iuramenti voluntarij, vel iudicialis, (qui casus est ultimus legis nostræ secundum communem sensum) instrumentis nouē repertis in integr. restitucionis beneficio retractaretur: & ita, si non ipso iure ad actionem in primo casu liceret redire, nulla prorsus esset inter primum, & extremum Cañ responsum differentia, quod dicere perquam est absurdum.

Et hæc sententia apud nos vera est,  
necp;

Opi. Guliel.  
contra com-  
munē defen-  
sa.

Intellect. I. 23  
Diuus.

Restitutio in  
integ. hic an  
sit necessaria

Iuramentum  
non est legi-  
timæ proba-  
tio.

Angel. opa-  
nio impro-  
bata.

Opi. Guliel.  
contra com-  
munē defens-  
sa.

neq; si nostro nouo sensui hæreamus, ha-  
bet dubitationem: siquidem literam hanc  
interpretetur loqui, cùm dolo falso iur-  
rantis, obtenta est sententia, quo casu apud  
omnes est in confessio ex integro causam  
ipso iure agendum. Saly. & Castr. hic,  
siue pro reo lata sit. d.l. cùm à te. siue pro  
actore, qui si in dolo fuerit, aduersus eum  
agentem ex sententia, reus excipiet latam  
esse eius dolo. c. cùm venerabilis. de exce.  
Nā cùm reus qui dolo actoris succubuit,  
aduersus actorem actionem habeat. l. qui  
nomine. ff. de fals. Accurs. in l. querela. C.  
illo tit. multomagis exceptionem. l. inuitū.  
§. cui damus. ff. de reg. iur.

<sup>Intellect. l.</sup> <sup>23</sup> *Sola t. Diuus. ff. de re iud. nobis nego-*  
<sup>Diuus.</sup> *tium facit: qua adducti Butri. Castr. Alex.*  
*& cæteri communiter tradiderunt, restitu-*  
*tionem in integrum necessariam: nam illic*  
*vt sententia prætextu falsorum testimoniis, pe-*  
*cunia corruptorum lata retractaretur, re-*  
*stitutione opus fuit, augetur difficultas:*  
*quoniam sicut Caius hic dicit ex integro*  
*causam agendum, si post exactum iuriurā-*  
*dum actor noua instrumenta se inuenisse*  
*dicat, ita Imperator in l. ij. C. si ex fal. instr.*  
*dicit eos, qui se testimoniis, aut instrumentis*  
*falsis vicos esse probare possunt, si de*  
*crimine docuerint ex integro de causa au-*  
*diendos. Quo tamen casu Calistratus in*  
*d. l. diuus. in integrum restitutionem de-*  
*siderat.*

Ego verò respōdeo latam in d. l. diuus.  
& d. l. ij. sententiam, ex probationibus pro-  
prijs, legitimis & perfectis, vt pote testi-  
moniis, aut instrumentis. Hic verò sine proba-  
tionibus, aut cum probationibus impro-  
prijs, nempe cum iuramento quod nō est  
legitima probatio Accur. in l. cū de indebi-  
to. ff. de probatio. & in §. quadrupli de a-  
ctio. in instit. ideoq; facilius retractatur, vt  
pulchre tradit Soci. in c. st. de iure iur. &  
habet rationem vulgarem expeditam, fa-  
cilius quippè ius speciale tollitur, quam  
ius commune l. eius militis. §. si militia mis-  
sus. ff. de testamen. milit. Planè in fine le-  
gis nostræ, tametsi ex iuramento lata fue-  
rit sententia, quia tamen iuriurandum il-  
lud de voluntate vtriusq; partis processe-  
rat, restitutione in integrū opus est. Diffi-  
cilius nanq; retractantur quæ mutuo par-  
tium consensu constat. l. si ita scriptum. §.  
sisub conditione. ff. de legat. ij. l. j. C. de pa-  
ctis. Qua ratione Angel. hic mirabiliter  
defendit, quòd si necessarium iuriurandum  
partis voluntate delatum esset, non retrac-  
taretur sententia, nisi prius restitutione im-

Iuramentum  
non est legi-  
tima proba-  
tio.

Angel. opa-  
nio improba-  
tio.

petrata. Quod Rom. & Ias. neq; iniuria re  
prehendunt: quandoquidem aduersarius  
huius iuramento consentiat ex necessitate,  
iudice etiam ex necessitate deferente. Te-  
netur quippe iudex inopia probationum,  
modò circumstantiæ requisitiæ interueniāt,  
huiusmodi iuriurandum deferre. l. in bo-  
na fidei. C. de reb. cred. Cùm igitur nō sua  
sponte, sed inuitus consentiat aduersarius,  
non dicitur de eiusdem voluntate iurame-  
tum processisse. l. rem legatam. ff. de adi-  
mend. legat.

Ergo vt ad rem redeam, cùm negotium  
iure iuriurando necessario falso decisum est,  
ipso iure licet redire ad primam actionem  
instrumentis nouè repertis, contra cōmu-  
nem doctorum sententiam: quòd si volū-  
tario, aut iudicali, restitutione sit opus.

<sup>24</sup> Cæterū tractemus t̄ quo casu restitu-  
tio in integrum necessaria est, intra quod  
tempus peti debeat. Hac in re quoq; inter-  
pretes variarunt, tandem tamen Castr. en-  
tendentia obtinuit, vt intra quadriennium.  
l. fi. C. de tempo. in integr. restitutio. petē.  
quam ipse probo post Accurs. in d. l. di-  
uus. & glos. in c. licet causam. de probat.  
Datur enim huiusmodi restitutio, ex clau-  
sula illa generali, si qua mihi iusta causa vi-  
debitur. l. j. §. fina. ff. ex quib. caus. maior.  
quam generaliter traditam in specie hic  
Caius confirmat: non vt propterea altera-  
re naturam restitutiōis velit. Quo insignis  
illa Castellion. & Fulgo. ratio tollitur, qui  
expendebat restitutio huiusmodi con-  
cedi principum constitutionibus, quæ cū  
perpetuæ sint, vt pote pars iuris ciuilis, re-  
stitutionis quoq; beneficium perpetuum  
docebant. §. j. de perpet. & temp. act. Sed  
vt attigi permittunt constitutiones confir-  
mando edictum prætoris scriptum in d. l.  
j. §. fin. quod cùm in genere loquatur, ad  
speciem hic deducitur: cuius tamen natura

Restitutio in  
tra quod tē-  
pus petenda.

Ratio Ful-  
gos. sublata.

<sup>25</sup> non ideo alteratur t̄ exemplo beneficij ab-  
stinendi, quod filio à prætore primum con-  
cessum est. l. nam nec emancipatus. ff. de le-  
git. j. §. sed ijs permittit. de hæred. quali. &  
differen. constitutionibus deinde principa-  
libus approbatum, & confirmatum. l. j. C.  
si min. vt ab hæred. se absti. Nec propter-  
ea abstinenſ filius desinet hæres esse nomi-  
ne, tanquam legis ciuilis beneficio absti-  
neat, cùm ius ciuale prætorium referens, il-  
lud in suo statu approbet, ac confirmet,  
non item nouam naturam tribuat. Bal. &  
alij in l. quise patris. C. vnde lib.

Sed nos ad textum reuertamur, qui cū  
dicit sententiam ob causam iuriurandi

PP 3 latam

Abstinēdi be-  
neficium.

Sententia ex  
causa uera  
sustinetur.

latam rescindi, dubitationem habet, cum ad eiusdem prolationem iudex duplice ratione impulsus sit, tum quod actor non probauerit, tum quod a reo iuratum sit.

<sup>26</sup> Quoties autem duplex causa mouet iudicem, & si una falsa est, ex altera tamen sustinetur sententia. c. per tuas. vbi Panorm. qui fil. sint legit. c. cum I. & A. de re iudic. Innoc. in c. in praesentia. de renuntiat. Licet igitur falsò reus iurauerit, cum tamen verum sit actorem non probasse, defendi debet ex ea causa sententia. Sed dic breuiter eius tantum causæ rationem habendam, quam iudex sensit. l. si ex testamento. ff. de excep. rei iudic. At in lege nostra ad reum absoluendum impulsus est iudex iuramento dūtaxat, quod cum falsum sit, atq; ideo sine effectu. l. Paulus respond. ff. de verb. signif. facit ut rescindatur sententia, ex integrō agi possit: neque idem esset si ideo fuisse reus absolutus quia actor nihil probasset, non enim superuenientibus nouis probationibus, posset actor iterum agere. Accurs. & alij in l. Julianus. ff. de conduct. indeb. Alex. hic, qui de seipso potius queri debet quod non probauerit. l. argentarius. §. cum autem ff. de eden. eosq; qui contrarium docent, Castren. in d. l. Julianus. col. iij. ignorantes appellant.

Vno porrò casu, debitore absoluto quia actor nihil probauit audietur actor, si probare velit reum sibi debitorem, cum scilicet post absolucionem reus soluit, quia enim verus debitor fuit non repetit, nam licet absolutus sit, natura tamen debitor permanet. d. l. Julianus. Vnde si se indebitum soluisse debitor contendat, admittetur actor ad probandum, sibi debitum fuisse. vt Accurs. egregie in ea. l. Julianus. docuit.

<sup>27</sup> NOVA instrumenta) + Instrumentorum verbo cum ea omnia accipienda sint, quibus causa instruiri potest, ideoq; testes veniant. l. j. ff. de fide instru. l. notionem. §. ff. de verb. signifi. Et in exercendis litibus, eandem vim obtineant fides instrumentorum, & depositiones testium. l. in exercendis. C. de fide instru. quemadmodum instrumentis nouè repertis, ita testibus in terminis legis nostræ retractari poterit sententia, cum ea quæ viua voce iurato præsertim dicuntur, digniora fide quam scriptura ipsa aestimetur. §. si verò tale. de instrument. caut. & fide. col. vj. & absurdum videtur, plus fidei membranæ, quam testibus, viuacq; voci adhibere. Innocen. in c. cum P. tabellio. de fide instrumen. Quod sine distinctione Alberic. & Curt. senior

verum putant. Bart. verò in ultima quaestione, quem alij sequuntur distinguunt, vt si in prima causa fuerint publicata dicta testiū, non possint de novo produci, cum post didicita testificata, testiū productio non procedat. §. quia verò. de testib. col. vij. authent. at qui semel. C. de probatio. Quod si in prima causa testes examinati non essent, qua ratione nouis instrumentis instauratur sententia, nouis quoq; testibus poterit. d. l. in exercendis. nisi essemus in casu quo lex contrariam probationem per scripturam tantum, non etiam per testes recipit: vt in l. iij. C. si minor se maior. dixer. & in l. generaliter. C. de non numerata pecunia.

<sup>28</sup> Ego + tamen primam opinionem verior rem puto, cum in terminis l. nostræ noua instantia, nouoq; processu sit opus: vt Angel. & reliqui docent, satisq; verba illa: Ex integro causam agere. declarant. Opt. text. in l. si ut proponis. C. quomo. & quā. iudex. & ratio, quia prima instantia finita fuit, & terminata sententia iudicis, qui bene, vel male iudicando functus est officio suo. l. iudex posteaquam. ff. de re iudica.

<sup>29</sup> + Publicatis autem attestationibus, possunt in alia instantia produci testes super eisdem vel directo contrarijs articulis. l. fi. C. de testib. Vnde licet in foro ecclesiæ, publicatis in causa principali testibus, super eisdem, aut contrarijs articulis testes non recipiantur, in causa appellationis. c. fraternitatis. de testibus. clement. fin. eod. titu. In foro tamen seculari cum causa appellationis sit diuersa respectu instantiæ à causa principali. l. ita demum. l. inuitus. C. de procurat. secus est, vt pleniore veritatis lumine subueniatur. l. per hanc. vbi Bart. opinione refutata, Petr. Cyn. Bald. Ange. & reliqui hoc docent. C. de tempo. appell. l. eos. §. j. C. de appellatio. quod & seruari in iudicijs secularibus dicit Accur. in d. au then. at qui semel. & glo. in d. c. fraternitas. + Nec enim tam subornationis timore mouentur legistæ, vt post aperturam, testimoniū productionem nō admittant, quam identitate instantiæ. d. l. fi. apud quos. ideo timor ille subornationis non est presumptio perpetua & necessaria, sed fallibilis & imaginaria. Et quoniam, vt docet experientia, testes solennes non possunt subornari. Bal. in d. l. per hanc. quo tamen loco opinionem Canonistarum egregie defendit iure etiam ciuili veram esse.

Sed iam satis huic questioni datum est: nos ad regulam textus redeamus, qua traditum

Quid si in  
strumēta no  
nē sint cōfē  
cta.

Contra Bar.

Opinio con-  
tra cōmūne  
probata.

Sententia ua-  
let in uim pa-  
ti.

Puplicatis  
attestationi-  
bus testes qñ  
que produc-  
tur.

Nova opis-  
sionis Iaso.

Refutati Ia-  
so. sententia.

# IN L. ADMONENDI.

*Quid si instrumēta nouē sint cōfēcta.*

*Contra Bar.*

*Sententia ualēt in uim partitī.*

*Nouā opīcio Iaso.*

*Refutata Iasō sententia.*

ditum est sententiam prætextu iuramenti necessarij latam, per instrumenta nouē reperta retractari, declararemusq; eam cum Accurs. vt nō procedat in instrumentis nouē cōfectis, & fabricatis vtriusq; partis cōsensu. Qui casus dubitationē non habet, cū tunc non interdū, sed omni casu retrahetur sentētia, à qua partiū mutuo consensu semp̄ recedi potest. l. minor xxv. annis cui fideicō. ff. de mino. l. iij. §. si ex conuētione. ff. de re iud. Et ita Accurs. verba cū cōmuni interpretamur, non autē quēadmodū Barto. falsò dicebat: vt sicuti contra sententia quæ in rem iudicatā trās̄jt, lata secunda etiā de partiū consensu viribus nō subsistit. l. j. C. quād. prouoc. nō est neces. Accurs. in l. si diuersa. C. de transactio. ita neque mutuo partiū consensu, post sentētia confici instrumenta quibus ab ea redatur possunt.

Quāquā enim non valeat sententia cōtra sententia etiam de partium consensu in vim sentētia, renūtiari tamen potest à partibus iuri quæsito ex sentētia. Accurs. in l. duobus. ff. de excep. rei iud. qui actus tamē in vim sentētia nō valeat, neque in vim trāfactionis, quia non super re dubia. l. si causa cognita. C. de transactio. in vim tamē conuētionis, & simplicis renūtiationis valebit. Accurs. in l. j. C. com. vtriusq; iud. cū sentētia, & quæcūq; pro se introducta sunt liceat vnicuiq; cōtemnere. l. si iudex. ff. de mino. l. pen. cū vulg. C. de pact.

Planè † attentat hic Ias. in repetit. nouā opinionem in casu huius tex. quando lata esset sentētia prætextu iuramēti necessarij falsi, cōmuni partiū consensu agi posse, nō modo vt ab illa simplici cōuentione redatur, verū etiam, vt feratur secūda sentētia contraria primæ, quæ in vim sentētiae valeat, atque ita limitanda sit l. j. C. quand. prouoca, non est necess. Mouetur autem, quia prima sentētia falso dūtaxat iuramēto subnixa est, & sic ex probationib; priuilegiatis lata, quare non debet esse tanto impedimēto sentētiae, quanto si ex verbis & ordinarijs lata fuisset. l. eius militis. §. si militia missus. ff. de test. milit.

Sed hāc opinio, ne relatu quidem digna est. Ratio enim quare cōsensu partiū ferri secunda sentētia nequit contraria primæ, quæ in vim sentētiae valeat, tamē si doctores nō ponāt meo iudicio duplex est. Prima quia sentētiae prolatio, eius vigor, & virtus iuris publici est & ex iurisdictione dependet, quæ non potest dari, vel auferri pactis priuatorū; à quibus ideo quod con-

# ff. DE IVREIVRAN. 443.

stitutū est rei iudicatæ autoritatē non habet. l. iij. C. de iuris dic. omniū. iud. Altera, 32 † quia posterior sentētia lata reperit sine libello, litis cōtestatione, alio vē ordine iudiciorū substātiali, quare rei iudicatæ autoritatē obtinebit. l. prolatam. C. de senten. Nec quicquā operatur partiū consensus, cum solitus ordo iudiciorū remitti nō possit. Gloss. in. c. de causis. de offi. de leg. vtraq; autem ratio etiā in sentētia, quæ aduersus iudicatū prætextu iuramenti falsi lata reperitur militat, quare de hac noua opinione Iasonis silendum deinceps.

33 Nunc tractemus † quid in trāfactione: & in ea Accurs. Bar. & alijs cōmuniter docent secus esse, quoniā instrumentorū nouorum specie non retractatur. l. sub prætextu. j. C. de transact. etiā si ea quis graui ter laderetur. l. Lucius. §. si. ff. ad Trebell.

34 † quādoquidē transactione instrumenta, vt & quæcūq; aliæ partiū probationes extinguitur. c. j. de trāfactio. & finis litii imponatur. l. fratr. C. de trāfact. vnde exceptio litii finitæ dicatur, litis ingressum impediens. c. j. de lit. contest. in vj. lite autem finita probationes non admittuntur.

Differētiæ ratio hāc est, quoniā in trāfactione vtriusq; partis consensus intercedit, quare nō tam facile restauratur: quod in iuramēto voluntario, & iudiciali ex cōmuni sensu in fi. l. nostræ dicitur. Indeç; dicunt quidā arbitramētu instrumentis nouē repertis nō retractari, cū sit quādā trāfactio. auth. si verò cōtigerit. C. de iud. At iuramēti necessariū inuita parte præstat, ideoq; facilius sequuta sentētia rescindit.

Ego verò, cūm Alex. Ias. & Curtio preceptore nihil inter sentētia, & transactio nem cōstituo discriminis: nā quemadmodum sentētia instrumentorū nouorū prætextu non retractatur. l. Imperatores. ff. de re iud. ita nec trāfactio. d. l. sub prætextu. Et quēadmodum lata ex iuramento necessario falso sentētia instrumentis nouē repertis retractatur, haec l. ita transactio prætextu iuramēti necessarij falsi inita. Accur. in l. si ex falsis. C. de transactio.

Quōd si obiecerit quispiam mutuum illum partium consensum, qui ne violari possit trāfactio efficere debet, vt & in iuramento voluntario, & iudiciali ex fi. huius l. Doctores tradunt, respondeatur quōd cūm transactio ex iuramento necessario quod inuita parte delatū est pendeat, non propriè dicit, sed inspecta dūtaxat superficie verborum ex simultaneo partium cōsensu processisse. † Satisq; hāc opinio ex

*Transactio  
an instrumē  
tis nouē re  
pertis retrā  
ctetur.*

*Ratio diffē  
rentie.*

*Contra com  
munem.*

*Nouā cōfid.*

d.l. sub prætextu. quā præter alios ad hoc expendimus suaderi potest: vbi transactio sub specie instrumenti nouē reperti retrahatur, si dolus partis in subtrahendo, aut occultando instrumēta intercesserit. Neq; enim tunc pars sua sponte, sed nolens, & inuita transegisse videtur, vt puta cūm vi- deret suam instrumētis intentionē minimē probari: quod sanē lex non ita execratur, nisi facto partis contigisset.

**36** Quantū autem † ad arbitratoris lauda- tiū pertinet, credimus illud nouē reper- tis instrumentis rescindi: aliudq; obseruā- dum quām in vera transactione, quæ non subiacet reductioni ad arbitriū boni viri. l. Lucius. §. fī. ff. ad Trebel. sicut arbitriū. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. l. si li- bertus ita iurauerit. ff. de oper. libert. itaq; si petierit pars, vt ad boni viri arbitratum redigatur arbitrium, sicut in causa appella- tionis. l. eos. C. de appellatio. in hac causa reductionis, instrumēta nouē reperta pro- duci poterunt. Bald. & alij in d.l. sub præ- textu. Quo loco amplius putauit Castrēs. permīssum esse instrumentis non nouē re- pertis vti: vt sicut in causa appellationis, non probatum probetur. l. per hanc. C. de tempo. appellat. quōd si non esset petita reductio, petēdīc tempus transactum fo- ret, vel etiā petita fuisset, sed boni viri iu- dicio arbitrium confirmatum, non posset amplius subuerti. l. ne in arbitris in fi. C. de arbitr. vt tandem sit aliquis litium finis. Et quoniam inuiolabile est, quod iudex tan- quā bonus vir aestimat, & arbitra: ideoq; nec ab huiusmodi sententia appella: Bar. in l.j. in fi. ff. de legat. ij.

**37** SE inuenisse dicat) Et probet. Ita Castrēs. & alij subaudiunt: † neq; enim satis esset, dicere se noua instrumenta inuenisse, nisi probaret. Accurs. in l.j. ff. si quadrup. pau- per. fecisse dicat. & in l.j. ff. de dol. Quod verissimū est, quicqd in aduersum Ripar. nugetur: hoc enim sentētiā, eiusdemq; executionem, atq; ita litis decisionem re- spicit: quare vltra assertionem, probatio ne- cessaria est. l. quæ omnia. §. fī. ff. de pro- curato. quāquā in ihs quæ solam litis ordina- tionem, modumq; procedendi spectat, so- la assertio sufficiat. Barto. in extraug. ad reprimend. in verbo asseratur. Neq; dicit pars grauata hoc onere probandi, quoniam instrumenta an nouē reperta sint, statut proprio iuramento eius qui producit, vt Bart. & alij hic concludunt. per c. pastora- lis. de exceptio. Et quia quæ in animo cō- sistunt, pendentq; à cōscientia nostra, pro-

Transactio  
non subiacet  
reductioni si  
cut arbitriū.

Castrēs.  
e-  
gregia decla-  
ratio.

Assertioni si  
ne probatio  
ne quādo ste-  
tur.

Probintur iu-  
ramēto que  
in animo cō-  
sistunt

batur proprio iuramento. Accurs. in §. sed istæ. de actio. Gloss. in c. significasti. de ho- micid. modò re ipsa iuret, neq; enim satis esset si se iurare paratum diceret. Gloss. in c. vt circa. de electio. in vj. Simile est de eo qui instrumētū productum, cuiusq; fides probata est falsum docere posse iurejurā- do cōtendit: tenet nāq; aduersarius illud iterū producere, nisi proprio iuramento, (cui in hoc statur) affirmet se perdidisse, I. fī. C. de fid. instrumēt. Sic qui ab electio- ne, seu postulatione prouocavit, in instru- mento appellationis vītia quæ opponit, tā cōtra formam electionis, quām electi per sonam exprimere debet: neque potest ex non expressis appellationē iustificare, nisi ea nouē ad eius notitiam peruenisse pro- prio iuramento confirmet. d. c. vt circa. sic & qui electioni de aliquo facta semel con- sensit, electionem impugnare non potest, nisi ex causa quæ nouiter eius animum informauerit, quam se ignorasse faciat fidem proprio iuramento. capit. nulli. de electio. in vj.

Cæterū non desunt, qui in terminis legis nostræ putent non stari iuramento eius, qui dicit instrumēta nouē reperta, cū agatur de graui præiudicio: vt puta de re- tractatione sententiæ, † & ita tollunt ca- pastoralis. quod quidē loquitur de ihs quæ modici sunt præiudicij. Præterea inquit, hoc ex solo animo nō pendet, cū proba- re possit, & debeat se in prima causa facil- tatem producendorū instrumētorum non habuisse. Bart. in l.j. C. de sentent. aduers. fisc. lat. retract. Et hec opinio tandem proba- bilior visa est Maria. Soci. in c. fī. de iure- iur. qui ita distinguebat: aut disputatur an instrumēta sint nouē reperta, & hoc tum propter grauitatem præiudicij, tum quōd à solo nō pendeat animo, aliter quām pro- prio iuramento probandum est. Aut dicit aduersarius nouē producentē habuisse no- titiam dictorum instrumentorum in prima instantia, malitiaq; distulisse, & tunc stare- tur proprio iuramento, cū hoc à solo animo iurantis pendeat.

**39** Ego verò † propter præsumptionem quam iurans in specie textus nostri pro se habet, à communi recedendum non puto: quis enim tam vecors, & incircumspectus est qui cum possit obtinere, contra se ferri sententiam patiatur? Et neminem reperiri puto. l. cūm de indebito. ff. de probatio. c. super hoc. de renūtiat. Quōd autem perti- net ad c. pastoralis. satis cōstat illud locū habere etiam cūm de graui tractatur præ- iudicio

Ab electio-  
ne appellās.

Periuri iura-  
mento nō sta-  
tur.

Riparij opis 40  
nio quedam  
explosa.

Opinio con-  
tra commu-  
nem.

Periuri fides 41  
sufficiet.

Maria. Soci.  
distinctio.

Opinio com-  
munis defen-  
sa.

No. opinio. 42

## IN L. ADMONENDI.

